

Caiet.

lio, nisi quatenus ab illo procedit, & illi opponitur relatiuè. Vide Thomam Caiet. ad 1. p. q. 36. art. 2. argutè de re ista philosophantem, ubi docet propriu modum distinguendi in relationibus esse relatiuum.

12.  
Responso vni-  
ca Scotistarū.

Sectatores tamen Scoti vnam habent resistendi rationem, eamque vnam ingrediuntur; cum enim confitendum illis sit relationem distinguere personas diuinas; & relationem non oppositam non satis esse, ut distinguat personas; cum in vna persona Patris sint relationes duæ non oppositæ, quod etiam Catholicis confitendum præcipitur: aiunt eas relationes quæ sunt ex parte principij non oppositæ, non distinguere personas, ut in exemplo liquet: sed eas relationes non oppositas, quæ sunt ex parte termini producti, quæ fundantur in processibus passivis, bene distinguere personas; quia ipsæ processiones satis sunt, ut distinguant personas; quia persona genita non est persona spirata. Itaque Filius distinguitur ab Spiritu Sancto duplici causa distinctionis; tum quia est spirator, & spirator ab spirato oppositione relatiua distinguitur: tum etiam quia Filius est natus; at verò Spiritus Sanctus non natus, sed spiratus; & ita distinguitur oppositione disparata; qua distingueretur, etsi Filius non esset spirator, neque Spiritus Sanctus ab illo procederet spiratus.

13.

Ratio respon-  
sionis.

Aiunt ergo, relationem illam etiã disparatam, quæ fundatur in processione passiuâ distincta, distinguere diuinas personas: cuius asserti rationem afferunt, quod vnam personam agere duabus actionibus contingit; quare duplex origo est in vna persona Patris, vnde personæ duæ procedunt: sed duabus processibus produci rem eandem non potest intelligi; consequitur enim, ut res iam producta producat. Quare natiuitas, & spiratio passiuâ, cum sint duæ processiones, satis distinguunt diuinas personas; & relationes fundatæ in his processibus similiter illas distinguunt, quatenus fundantur in duabus processibus. Ita respondet Scotus in 1. d. 2. p. 2. q. 2. & d. 11. q. 2.

Scotus.

14.  
1. refellitur res-  
ponso euiden-  
tè.

Hanc tamen responsionem, quæ vna illis est, euidentissimè refellemus; non enim magis distinguitur à passione passiuâ, quàm actio ab actione; si enim actiones quæpiam inter se collatæ distinguantur

contrariè, aut disparatè, aut duntaxat formalitè, aut sint res distinctæ simplicitè; iisdem modis passionibus distinguuntur: ergo cum generatio, & spiratio actiuâ sit res vna in Patre, nihil prohibet generationem, & spirationem passiuam esse rem vnâ, nisi spiratio passiuâ à generatione passiuâ deriuaretur. Igitur si distinctio personarum petatur à processibus, necesse est processiones ex propria ratione formali esse res distinctas; sed illæ non magis distinguuntur ex propria ratione, quàm origines actiuæ, quæ non sunt res distinctæ; ergo distinctio personarum non sumitur primò à processione diuersa. Itaque si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, natiuitas & spiratio passiuâ non essent res duæ, sicut origines actiuæ non sunt res duæ: nam processiones passiuæ idcirco sunt res duæ, quia vna est ab alia, qua oppositione sublata non essent res duæ: quare nec personæ essent duæ.

Deindè per actiones duas potest produci res eadem, idem enim homo qui gignitur, potest creari; non ergo actio, siue passio distinguit personas diuinas. Si quidem hoc iam habemus, quod potest absolutè res quæpiam produci, vel vna actione, vel alia; ergo actio non distinguit rem productam. Quod autem aiunt eundem hominem simul gigni, & creari non posse; verum est, & hoc eos aliã viâ in errorem inducit: Aduertendum enim est rem genitam non posse creari, aut re creatam gigni; quia creari, & gigni important nouitatem rei, ut quæ non erat iam existat; quod si creata erat, iam existeret; non potest ergo gigni, quasi non adhuc existens, aut genita creari: Præterea, etsi solo ordine naturæ vna actio creata antecedit aliam, illa antecedentia est realis, ut hoc libro dicemus; & ita est impossibile, quod ordine naturæ vna antecedit aliam, sicut quod tempore antecedit.

Denique istæ duæ actiones pugnant definitione; quia generatio est de materia, creatio verò de nihilo: quare vna res non potest simul gigni, & creari. At verò in diuina processione nulla est nouitas, sed æternitas; quare potest eadem persona intelligi ut genita, & ut spirata, absque hoc quod intelligatur de non existente existens: sed neque est prioritas aliqua realis, ut hoc lib. dicemus: quare non sequitur quod prius persona Filij sit genita, quàm spirata: sed solū sequitur quod prius

Quibus modis actiones, iisdem passionibus distinguuntur, & identificantur.

Processiones passiuæ non essent res duæ, nisi vna esset ab alia, & sic opposita alteri relatiuè.

15.  
2. refellitur ratio responsionis.

Per actionem generatiuam, & creatiuam potest produci idem homo.

Kada contr. 14. art. 3.

Euasio Scotistarum præcluditur.

1. ratio earum repugnet per illas duas actiones simul produci idem, est nouitas rei, quam vtraque in portat.

Corroboratur

2. ratio est oppositio quoad definitiones.

Diuinis processibus nulla importatur existenti nouitas, sed æternitas.

Nulla in illis est prioritas realis.

prius intelligatur vt genita, quàm vt spirata. Et sicut Pater prius intelligitur gignens, quàm spirans; ita si Pater solus spiraret, Filius intelligeretur prius genitus, quàm spiratus; neque per hoc intelligeretur Filius iterum & iterum productus, sed eius productio explicaretur duobus conceptibus, vt cap. sequenti elucidabimus. Denique creatio, & generatio definitione necessariò repugnant, vt ceteræ res creatæ, quæ non sunt perfectiones simpliciter; diuinæ verò processiones sūt inter perfectiones simpliciter numerandæ, quæ in Deo non distinguuntur re ipsa, nisi opponantur relatiuè, vt lib. 3. dicemus. Et ita nihil prohibet vnã personã simul gigni & spirari, nisi persona quæ spiratur, procedat à genito. Et idcirco persona genita quæ spirat, necessariò distinguitur à persona spirata: itaque sicut genitor, & spirator est persona eadem secundum fidem catholicam; ita genitus, & spiratus esset persona eadẽ, nisi genitus esset quoq; spirator, quo distinguitur ab spirato. Nulla ergo oppositio contraria, aut disparata facit in Deo distinctionem realẽ, sed sola oppositio relatiua. Quod Patribus, & Concilijs esse consentaneum ostendemus.

Deindẽ probatur eadẽ sentẽtia nouo argumẽto à processione deprõpto; Nõ enim magis repugnat quòd Verbum, & Amor sit res vna, quàm quòd intellectio & dilectio sit res vna; sed in Deo est res vna intellectio, & dilectio: ergo Verbum, & Amor esset res vna, nisi a Verbo procederet Amor. Nulla alia respõsio est aduersarijs, nisi ea, quòd etsi Amor nõ procederet à Verbo, tamen Verbum & Amor producerentur duabus productionibus. Sed hoc idem conuincit argumẽtũ non esse necesse; cum enim Verbum, & Amor ex proprijs rationibus formalibus non magis distinguantur inter se, quàm dilectio, & intellectio, nulla est ratio vt procedant duabus processioib; re ipsa distinctis, nisi Amor à Verbo procedat. Et cõfirmatur, nam processiois terminus est Deitas, vt hoc lib. dicemus; principiũ verò ipsa Deitas cum intellectu, & voluntate simul, quæ sunt in Deo res eadẽ. At verò res producta est Verbum, & Amor, quæ rationibus formalibus nõ magis distinguuntur, quàm intellectus, & voluntas; ergo nisi Amor procedat à Verbo, à nulla parte potest peti realis distinctio inter

A Verbum, & Amore, aut inter processioẽ vnus, & alterius: quod argumẽtũ maximè nititur auctoritate Cõcilij Florẽt. vt in confirmatione explicabimus; de eadẽ enim substãtia eadẽ persona procederet, nisi inter psonas procedẽtes esset origo.

Altero adhuc argumẽto idem probatur, nam diuina natura est fœcunda in personis ad omnem actum notionalem possibilem; cum ergo natura communiceetur per voluntatem, si in Filio non esset fœcunda, ita vt Filius daret illam Spiritui Sancto, esset fœcunda in Filio vt acciperet illã à Patre. Probatur consequẽtia; nam Filio idcirco repugnat accipere naturam à Patre per operationem voluntatis, quia ipse dat naturam per eã operationẽ; ergo si non daret, acciperet.

B Arguitur clariùs, si Filius non spiraret, posset spirari; ergo re ipsa esset spiratus: consequentia liquet, quia ea quæ in æternis possunt esse, perpetuò sunt. Probatur antecedens; nam accipere naturam per intellectum, & voluntatem, siue per illarum potentiarum operationes, scilicet per intellectioẽ, & dilectioẽ, non potest habere maius discrimen, quàm sit inter ipsas potentias, & operationes, quod non est reale discrimẽ, sed rationis distinctio; ergo eadem persona potest de

C vtraque potentia, & operatione emanare, nisi de vna persona procedente procedat alia, tunc enim duas processiones esse necesse est, vt constat. Dicent fortè non repugnare quidpiam, quin eadẽ persona diuina accipiat de intellectu, & voluntate simul, si procederet vna processio; quod tamen negant asserẽdo duas necessariò intelligi processiones. Sed hanc ipsam respõsionem argumentum refellit; nã accipere est procedere: quòd si accipere de intellectu & voluntate simul, non indicat realem distinctionem personarum procedentium; neque etiam

D indicat distinctionem realem processiois. Quod verò non indicet distinctionẽ realem procedentium, ex eo liquet; quia intellectus, & voluntas sunt res eadem; ergo accipere de vna, & altera potentia non indicat vllam distinctionem realẽ. Sanè hoc vertitur cardine tota quæstio, quòd Scotistæ animo fingunt processioẽ Verbi antecedentem, & post illam procedere Spiritum Sanctum, vt capite sequenti elucidabimus: sed falluntur maximè; nam si Spiritus Sanctus non pro-

Conc. Flor. infra.

.17  
3. fundam. In ea hypothe si natura in Filio esset fœcunda per voluntatem: vnde cũ non spiraret, spiraretur.

Proponitur clariùs.

Responsio.

Refellitur. Tunc de intellectu, & de voluntate simul, quæ sunt vna res, esset vnus persona Filij vna acceptio, seu processio duobus nominibus explicanda, scil. generationis, & spirationis. Cardo in quo tota quæstio vertitur est, Vtrum in hypothesi quæstionis processio Verbi antecedat processioẽ nem Sp. Sãcti, vt Scotistæ affirmant.

Nulla oppositio quoad definitiones, cum sint perfectiones simpliciter.

16.  
2. fundam. In hypothesi quæstiois Verbum, & Amor essent vna res solis rationibus formalibus proprijs distincta, sicut intellectio, & dilectio est vna res.  
Responsio.

Impugnatur,

Vna res non oportet vt producat duabus productionibus.

Confirm.

cederet à Filio, nō distingueretur ab eo; A cum quo consequente coniunctū est, vt nō procederet processione distincta, sed eadem; quæ esset duobus nominibus explicanda, scilicet generationis, & spirationis passivæ. Denique hoc ipsum vehementius confirmatur; quia Scotistæ videntur dividere divinam substantiam, vt statim auctoritate Concilij Florentini comprobabimus.

Confirmatio.

**H**Aud dubium est hanc esse Patrum sententiam, quam eandem Concilia non obscure innuunt. Ita sentit S. Gregor. Nyssen. libr. ad Alabiam, *Eam* (inquit) *que circa causam, & causatum est, differentiam non negamus; per quod solum discerni unum ab altero deprehendimus.* Quibus verbis apertissimè affirmat hoc solum discrimen esse inter personas divinas, vt altera sit causa, altera causatum: causam enim dicunt Græci, quod Latini principium. Suffragatur S. Gregorius Nazianz. oratione 5. Theologa differens de personis divinis in hæc verba, *Mutue relationis differentia diversa illis nomina procreavit.* Non dixit personas distingui relationibus utcumq; sed mutuis, hoc est, oppositis relationibus. Idem docet S. Basil. libr. 2. contra Eunom. Testatur idem S. August. libr. 7. de Trinit. cap. 6. & ultim. vbi docet personas divinas per hoc distingui, quod vna est ab alia. Et ea est frequens Patrum doctrina: igitur si Spiritus Sanctus non procederet à Filio non distingueretur ab eo; hoc enim distinguitur (vt Patres aiunt) quia procedit. Confirmatur sententia isthæc ex illo pronunciato S. Anselmi lib. de processione Spiritus Sæcti cap. 2. quod vsu Theologorum tritū in axiomam venit; *In divinis omnia sunt unum, vbi nō obuiat relationis oppositio.* Oppositio autē relationis quid est nisi relatiua oppositio? non disparata, vt vult Scotus. Et quidē de sententia S. Anselmi, qui de re proposita videtur esse dubius, dicemus cap. seq. Sed eius hæc verba omnium ore Theologorum comprobata, oppositionem relatiuam dilucidè significant. Idem indicant ferè verbis iisdē S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthod. c. 11. Boetius de Trinit. Sophronius Patriarcha in 6. Synodo sess. 11. Ioānes Theologus in Concil. Florent. sess. 19. & refertur idem pronunciatum in Concilio Lateran. 2.

quod recitatur cap. *Firmiter*, de summa Trinit. Richard. etiam 2. de Trinit. c. 5. apertissimè docet differentiam proprietatum constare solo numero producentium; ergo nisi Filius produceret Spiritū Sanctum, non distingueretur ab eo. Cum Patribus autē consentiunt pleriq; Theologi S. Thom. 1. p. q. 36. ar. 4. & lib. 4. contra gent. cap. 24. & 25. & de Potentia q. 10. ar. 5. longa disputatione. Alex. Aléf. 1. p. q. 43. memb. 4. conclus. 2. Albert. Magn. d. 11. ar. 6. S. Bonavent. q. 1. art. 1. Durand. q. 2. Egidius q. 1. ar. 3. Hervæus quodlib. 6. q. 7. Marsil. in 1. q. 15. ar. 3. ad 5. & Clem. Cardin. Aræ cœli de Symbolo, cap. 9.

Comprobatur etiā decretis Conciliorum, quæ nostris partibus non nihil fauent. Nam in Concilio Tolet. 1. in confessione fidei fit mentio mutue relationis, hoc est, oppositæ, his verbis, *Hoc ergo solo numerum insinuat, quod ad inuicem sunt.* Neque potest explicari numerum esse in personis; eò quod sunt ad inuicem, id est, eò quod sūt relata, saltē relationibus disparatis. Nam numerus cōsideratur inter singulas personas; quæ ad inuicem non sunt, nisi sint oppositæ relatiuè: non enim quæcumque sunt ad aliud, sunt ad inuicem; nam relata omnia ad aliud sunt, ad inuicem autem non sunt, nisi relatiuè opposita. Cum ergo dicit Concilium in hoc solo esse numerum, quod ad inuicem sunt, regulam præscribit, qua ponamus numerum. Igitur si Spiritus Sanctus nō procederet à Filio, essetne numerus inter illos? Adhibeatur regula Concilij; illi non essent ad inuicem, vt verba ista apertissimè indicant, nisi velis eripere illis propriam significationem; ergo non esset ibi numerus, sed res vna. Concilium etiā Florent. sess. ultima nostram indicat sententiam his verbis contra Græcos disputando, *Credentes Spiritum Sanctum nequaquam à Filio procedere, necesse est vt intelligant à solo Patre procedere, & consequenter non esse Filium.* Nam qui proferunt Spiritū Sanctum distingui à Filio, & cum hoc procedere à solo Patre, substantiā ab hypostasi separant, & partitionē imaginantur diuinæ substantiæ. Et quidē si liceret suspicari vitium esse in editione Concilij, crederem additam fuisse negationem per inconsiderantiam, vbi legitur, *& consequenter non esse Filium, & dege-*

ciatū refertur.

Richard.

S. Thom.

Alenf.

Alb. Magn.

S. Bonau.

Durand.

Egid.

Hervæus.

Marsil.

Clem. Card.

Conc. Tol.

Explicatio

Rada controu. 15.

Refutatur.

Relata omnia sunt ad aliud: sed non sunt ad inuicem, nisi relatiuè opposita.

Conc. Flor.

Arguitur. i. ex verbis Concilij expungendoparticulam, non iuxta antecedentia, & consequentia.

Confirmatur hoc fundamentum vehementius ex Concilio Florent. statim citando.

18. In diuinis nō est realis distinctio, nisi inter quæ est processio, & relatiua oppositio S. Greg. Ny.

Nazianz.

S. Basil. S. August.

S. Anselmi pronunciatū.

De ipsius sententia cap. 44.

S. Damasc. Boetius. Sophron. Ioan. apud Conc. Flor. In Conc. Lat. idem pronun-

*Arguitur 2. nihil mutando.*  
 Non de eadē sed de substantia diuisa distincte personę procederēt, nisi ipsa processio vnus ab alia illas distingueret.

*Cum Græcis Scotistę diuidunt diuinam substantiam in se ipsa.*  
 Item diuidūt substantiā Filij ab eius hypostasi.

*Iuxta conclusionem Thomisticā, in hypothēsi quætionis Spiritus Sanctus procedit de substantia solius Patris, non verò de substantia Filij, aliàs procederet à se ipso.*  
 Noua editio Coloniensis sine causa corrigens antiquā. Improbatur.

dum esse, consequenter esse Filium: nam Filium non esse, aut Spiritum Sanctum non esse Filium, non est consequens ad hoc, quòd non procedat à Filio. At verò Spiritum Sanctum esse Filium est consequens ad hoc, quòd procedat à solo Patre, non à Filio; quæ est ipsa sententia S. Thom. Sed conseruatis verbis Concilij, vt leguntur, intelligendum est, consequi quidē ex errore Græcorum in Deitate non esse Filium; quia si Filius esset, ab illo procederet Spiritus Sanctus. Verba autem quæ sequuntur, apertè indicant Græcos diuidere substantiam diuinam per hoc, quòd aiunt Spiritum Sanctum procedētem à Patre distingui à Filio; esset enim in Patre duplex substantia, altera à qua Filius, altera à qua Spiritus Sanctus procederet; si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, & adhuc esset distinctus ab illo. Quod nos idem argumentum confecimus superius; nam de eadem substantia eadem persona procederet, nisi duas personas procedentes ipsa processio vnus ab alia distingueret. Et ita Græci partiebantur diuinam substantiam, quod idem faciunt Scotistę; quia de vna substantia vna persona est, nisi à persona procedēte procedat alia; quòd si procedant duæ personę, substantia diuisa est: diuidebant etiam substantiam ab hypostasi; quia dum asseriebant Spiritum Sanctum procedere de substantia Patris, quæ est eadem Filij, & non de Filio, substantiā Filij diuidebant ab eius hypostasi, quod & Scotus facit. Nos verò dum aiimus Spiritum Sanctum non distingui à Filio, nisi procedat ab illo, dicimus Spiritum Sanctum, nisi procedat à Filio, esse Filium; & ita in ea positione impossibili non procedere illum de substantia Filij, quia procederet à se ipso; sed procedere de substantia Patris. Quidam refragantur antiquæ lectioni Conciliorum, & recitant nouam editionem Coloniensem perpurgatam, vbi non leguntur illa verba. *Qui proferunt Spiritum Sanctum distingui à Filio, & cum hoc procedere à solo Patre.* Sed nouæ editionis verba sunt, *Qui proferunt Spiritum Sanctum ex sola Patris persona procedere.* Cæteris verbis pressis. Sed certè hæc correctio nouæ editionis non debet fauere Scoto. Nā etsi liceat corrigere mēdum, aut vitium, vbi in lectione occurrit, ex antecedentibus, & consequentibus;

**A** auferri tamen verba, quæ nihil habent falsi, aut errati, non debuissent, nisi datis alijs codicibus antiquioribus, ex quibus verba ista ostenderētur esse adiecta. Prætereà etsi verba non extarent in lectione incorrupta priscorum, extat tamen ipsa rei consequentia, quæ mutari non potest: nam si Græci dicerent Spiritum Sanctum esse Filium, neque substantiam ab hypostasi, neque substantiam in se ipsa diuiderent. Hæc ergo diuisio quæ faciunt Græci, non oritur ex eo duntaxat, quia Spiritum Sanctum aiunt procedere à solo Patre: sed ex eo quòd asserentes eum procedere à solo Patre, eundem distinguunt à Filio. Ergo eandem diuisionem faciunt sectatores Scoti affirmantes Spiritum Sanctum, etsi procederet a solo Patre, adhuc esse distinctum a Filio; nam in hoc Græci, & Scotistę non differunt. Quæ ob causam haud mirum est, quòd eodem argumento contra Græcos, percellantur. At verò pro partibus Latinis facit apud S. Thom. quòd si Spiritus Sanctus nō procederet a Filio, nō distingueretur ab eo, quem tamen Græci esse distinctum confitebantur. Non immeritò igitur Robertus Bellarmin. vir eruditione clarissim. lib. 2. de Christo cap. 26. existimat opinionem Scoti a doctrina Patrum, & decretis Conciliorum discordare.

## CAPVT XLIIII.

*Argumenta refelluntur.*

**E**X opposito obstat auctoritas S. Augustini 5. de Trinit. cap. 4. vbi illius quætionis causam inquirens, cur Spiritus Sanctus nō sit Filius? causam ipse subiicit eam esse, quòd alter natus, alter spiratus sit; sed si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, adhuc esset natus alter, alter spiratus: ergo adhuc Spiritus Sanctus non esset Filius. Et cōfirmat S. Anselmus de processione Spiritus Sancti cap. 2. expressiusque cap. 4. vbi inuestigat, traditque discrimen inter Filium, & Spiritum Sanctum etiam seclusa origine vnus ab alio, quam scilicet Græci negabāt, & ait hoc adhuc eos distingui, quòd alter sit natus, alter spiratus; & eadem mente omnes Græci intelligebant Filium ab Spiritu Sancto distingui, quamuis Spiritus Sanctus non procederet ab illo.

Proba;

Etiam ea editione admissa arguitur.

Si Græci dicerent Spiritum Sanctum esse Filium, neque substantiam in se ipsa, neque ab hypostasi diuiderent,

Bellarm. ait opinionem Scoti à Patribus, &amp; Concilijs discordare.

I. Obijciuntur auctoritates S. August.

S. Anselm.

2.  
1. Argum.

Probatum primò, quia Pater habet perfectam potètiã producendi duas personas, & cõmunicandi illis naturam: ergo etsi Spiritus Sãctus non procederet à Filio, sed à solo Patre, esset persona ab eo distincta.

3.  
2. Argum.

Secundò, Eadem persona non potest iterum produci: sed inter generationem & spirationem est ordo quidam, vt genitum prius spirato præintelligatur; ergo persona genita non potest spirari, quod est productum produci: ergo genito Filio si Spiritus Sãctus à solo Patre produceretur, distincta esset persona nõ eadem.

4.  
3. Argum.

Tertiò, Spiratio actiua non distinguit Filium ab Spiritu Sancto, cū non sit proprietas personalis; distinctio verò personalis formalitèr per proprietatèr personalem, non verò communem indicatur: non enim Petrus à Paulo distinguitur numero penes aliquid commune alijs indiuiduis, sed per id quod solius Petri est: Ergo etsi Filius non haberet relationem spiratoris communem, adhuc distingueretur ab Spiritu Sancto.

5.  
4. Argum.

Quartò, Vt relatio diuina afferat distinctionem personalem & realem, non est necesse quòd sit opposita, sed satis est quòd sit proprietas personæ: nam Paternitas, & spiratio passiua distinguuntur re ipsa, cum tamen oppositæ relationes non sint; Paternitas enim soli filiationi occurrit: ergo falsum est id quo S. Thomæ sententia, quasi fundamento, connititur, quòd sola relatio opposita distinguat personas. Et confirmatur, quia relationes etiam distinguuntur ab alijs relationibus sibi non oppositis.

6.  
5. Argum.

Quintò idem probatur; Id enim personam distinguit, quòd cõstituit; sed spiratio actiua non constituit Filium; ergo non distinguit illum ab Spiritu Sancto; ergo ea excepta, adhuc distinguitur. Antecedens probatur, quòd enim constituit personam facit incommunicabilem; incommunicabile autem à quouis alio distinguitur; ergo per id quòd primò constituit, etiam primò distinguitur.

7.  
6. Argum.

Sextò, Hypostasis Filij per hoc quòd Spiritus Sanctus non procederet ab eo, non efficeretur minus vna, quàm verè est modò vna; est autem vna vnitate in cõmunicabili, vt re ipsa ab Spiritu Sancto distinguitur; ergo etsi Spiritus Sanctus

Ab ea non procederet, suam vnitatem, incommunicabilitatèrque seruaret; & Spiritus Sanctus non esset Filius, sed persona distincta.

Septimò, Persona Filij per filiationem cõstituitur incommunicabilis; ergo per eandem distinguitur nõ solum à Patre, sed ab Spiritu Sancto etiam; quòd enim est incommunicabile, distinctum est à cæteris. Si igitur per filiationem est incommunicabilis, & distincta à solo Patre, & non etiam ab Spiritu Sancto; non erit perfectè persona constituta: quòd si per filiationem perfectè constituta est persona incommunicabilis, & distincta; etiam non adueniente spiratione actiua, erit distincta ab Spiritu Sancto.

Vltimò, Si Spiritus Sãctus procederet à solo Filio, adhuc distingueretur à Patre; ergo si procederet à solo Patre adhuc distingueretur à Filio. Quòd si dicas Spiritum Sanctum procedentem à Filio, saltèr remotè procedere etiam à Patre: Contra hoc arguitur; nam per accidens est ad generationem filij in rebus humanis, quòd Pater sit genitus ab alio priore parente; ergo etiam ad processionem Spiritus Sancti, qua procederet à Filio, per accidens esset, quòd Filius procederet à Patre: id autem quòd est per accidens, non distinguit personas.

*Aduertenda.*

**O**Mnia hæc argumenta ad duo capita reuocantur; Primum illud est quòd filiatio quæ constituit, & distinguit personalitèr Filium ab Spiritu Sancto, non est relatio opposita Spiritui Sãcto, sed disparata; quare iam videtur aduersarius obtinere, quòd relatio etiam disparata distinguat personas. Vnde etiã illud est consequens, quòd cum filiatio distinguat Filium ab Spiritu Sancto, etiam remota spiratione actiua à Filio, erit Filius ab Spiritu Sancto distinctus.

Thomas Caiet. multis conatur defendere, quòd filiatio non distinguat Filium personalitèr ab Spiritu Sancto, sed à solo Patre; spirationem verò actiuam distinguere ait Filium ab Spiritu Sãcto. Sed lib. 4. ostendendum erit idem esse quòd constituit, & distinguit personam; eodemque loco docebimus spirationem actiuam distinguere Filium ab Spiritu Sancto

NN 4 Sancto

8.  
7. Argum.

9.  
8. Argum.

Responsio.

Impugn.

10.  
I. Caput argumentorũ pro Scoto.

11.  
Pro respons. aduertend. I. Sententia, Caietani.

Reijcitur. Filiatio distinguit Filiũ ab Sp. Sãcto personalitèr

S. Thom. explicatur.

Idem.

12. Secunda sententia aliorum. Refutatur.

13. Tertia Heruæ. 1. Non differt à precedentibus.

4. & vera sententia in reiectione prima. Scot.

Sophron.

S. Thom.

14. Aduert. Hypostasi si quidpiã addatur hypostaticum, nõ manet eadem. Exemplum.

Sancto non personaliter; quia personam iam distinctam aduenit, sed duntaxat distinguere relatiuè. Et eodem modo explicandum est, quod S. Thom. docet de Potentiã q. 10. art. 5. ad 6. formale distinctiuum non distinguere rem à quacunque alia, sed ab ea cum qua in genere conuenit; loquitur enim S. Thom. de ijs quæ maximè opponuntur, scilicet quæ sunt in genere eodem: sed oppositione disparata formale distinctiuum separat ab omni re, quacunque; ratione alia, etiã extra genus. Et ita filiatio distinguit Filium ab Spiritu Sancto personaliter; oppositione quidem disparata, sed quæ ad relatiuam reuocatur, ut statim explicabimus. Et idem Doctor Sanctus q. 2. de potent. art. 1. ad 3. ait filiationem habere locum omnium principiorum indiuiduantium; ergo distinguit Filium etiam ab Spiritu Sancto, & à quocunque indiuiduo.

Sunt qui opinentur spirationem actiuam pertinere ad constitutionem personalem Filij. Sed hoc quoque falsum est, ut lib. 4. enarrabimus; nam spiratio actiua aduenit personæ constitutæ, ut potè cum sit relatio communis duabus personis; persona verò constituitur per relationem incommunicabilem.

Heruæus quodlib. 6. q. 3. affirmat filiationem distinguere Filium ab Spiritu Sancto non per se, sed adiecta spiratione actiua: quæ opinio à precedentibus nihil distat, & cum illis uideretur esse refutanda. Dandum igitur est Ioanni Scoto id quod est verum, scilicet filiationem distinguere Filium ab Spiritu Sancto personaliter. Et hoc confirmatur verbis Sophronij in Epistola ad 6. Synodum act. 11. docentis proprietatem vni soli personæ insitam, constituere illam, & discernere ab alijs. Et idem docet S. Thom. 1. p. q. 53. art. 2.

His autem datis, ut difficultatem enodemus aduertendum est, quod hypostasis ita est indiuisibilis, ut ipsi notioni hypostasis nihil adijci, aut detrahi possit. Sicut enim essentiæ quicquid addas essentialia, iam eadem non est, sed diuersa essentia: ita idem incommunicabile non est, si addas illi aliquid incommunicabile. Petro enim sola petritas omnino indiuisibilis, est proprietates: si verò quidpiam addatur præter ipsam petritatem, quod sit etiam hypostaticum; iã

A alia hypostasis est, & Petrus non est. Ex illo ergo impossibili antecedente, quod solus Pater spiret, consequens est ut hypostasis Patris alia sit, quàm modò est; quia re vera Patris relatiua proprietas sola est Paternitas. Si verò Spiritus Sanctus à solo Patre esset, ipsa spiratio actiua esset proprietates Patris, ut Græci credebant: esset ergo alia hypostasis duplici relatione constituta, scilicet Paternitate, & spiratione actiua. Ergo admodum consentaneum est iuxta sententiam S. Thomæ, quod Filius & Spiritus Sanctus esset

B vna persona similiter constituta duplici relatione, & proprietate; alterã ut genitus, alterã ut spiratus. Quare neque persona Filij eadem esset, quæ verè est, neque Sp. Sancti eadẽ, sed alia distincta persona esset; quæ persona esset Filius simul & Sp. Sanctus, Verbum genitum & Amor spiratus. Græci ergo dũ Filium negabant spiratorem, veram eius hypostasim euerdebant cum Spiritu Sancto confundentes. Hoc quippe figmentum ex illo impossibili consequitur, quod Spiritus Sanctus procedat à solo Patre. Vnde solutio argumentorum venanda nobis est; concedimus enim libentè filiationem,

C scilicet quæ est pura filiatio, distinguere Filium personaliter ab Spiritu Sancto: Sed si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, filiatio esset ipsa spiratio passiuã; esset enim vnã proprietates explicata duobus nominibus, sicut proprietates Patris esset paternitas, & spiratio actiua.

Non defuere qui in quæstionis istius indagine, nouam responsionis viam cuperent aperire, dicentes potentiam spirandi pertinere ad constitutionem personæ Filij; quare si Filius non spiraret, non haberet potentiam spirandi, quæ necessario est cum actu coniuncta. Quod si non haberet potentiam spirandi, non esset eadem persona; siquidem ea potentia pertinet ad personam, ut ipsi credunt.

D Hoc tamen est falsum, quia potentia notionalis ordine rationis aduenit personæ constitutæ, ut antea docuimus, & lib. 4. explanabim⁹. Posset tamen dici quod sicut essentia diuina, quatenus est factunda, intelligitur quasi radix processionum, antequam intelligatur potentia notionalis: ita & persona Filij vera, ut est re ipsa, est quasi radix antecedens ipsam potentiam spirandi, cui debetur potentia spirandi. Sed hæc quoque responsio vana est:

Si solus Pater spiraret, esset alia hypostasis constituta scil. Paternitate, & spiratione actiua.

Sic alia hypostasis esset simul Filius, & Sp. Sanctus.

1. responsio vera proponitur Vtraque proprietates esset vnã explicata duobus nominibus

15. Noua quædam responsio, quod tunc hypostasis mutaretur, non per additionem alicuius incommunicabilis, sed per detractionem alicuius essentialis.

Refellitur.

Alia responsio similis.

Refutatur similiter.

est: nam cum potentia spirandi sit extra conceptum personæ Filij, quasi adueniens; illâ potentia remotâ manet adhuc eadem hypostasis. At verò iam antea ostendimus fecunditatem diuinæ naturæ, distinctam esse à potètia notionalis: & idcirco fecunditas includitur in conceptu personæ; sed potentia notionalis non includitur. Dicendum igitur est quòd ipsamet proprietas hypostatica mutaretur; quia quæ est filiatio, esset simul filiatio, & passiva spiratio. Itaq; filiatio quæ explicat totam rationem proprietatis, distinguit Filium personalitèr ab Spiritu Sancto: sed si Spiritus Sâctus nò procederet à Filio, idem esset Filius, & Spiritus Sanctus; & filiatio non explicaret totam rationem proprietatis hypostaticæ, quæ proprietas esset filiatio simul, & passiva spiratio. Et hæc adhuc luculentius explicabuntur in his notationibus.

Aduertendum etiam est non in scitè Ioan. Capreol. dixisse in 1. d. 11. q. 1. art. 2. ad 1. Filium filiatione distingui negatiuè ab Spiritu Sancto; dummodò hoc asseratur in ipsa constitutione personæ Filij, antequàm intelligatur Spiritus Sâctus procedens. Nam ante processionem Spiritus Sancti, non est necesse intelligere Filium distingui ab illo oppositione relatiua; sed satis est intelligi Filium, vt personam incommunicabilem distinctâ à quacunque re alia, siue diuina, siue creata: Et quòd in Deo non possit intelligi noua processio, quæ non sit à Filio, quia non potest persona procedere distincta, nisi ab eo procedat. Cum autè intelligitur Spiritus Sanctus procedens, iam intelligitur distinctus positiuè, vt aiunt, & oppositus relatiuè. Et ista oppositio relatiua Spiritui Sancto est intrinseca, quia est eius proprietas personalis passiva spiratio; Patri verò & Filio est adueniens oppositio relatiua cum Spiritu Sâcto per spirationem actiuam; quia priùs intelliguntur istæ duæ personæ constitutæ, quàm spiratio actiua, qua opponuntur Spiritui Sancto. Et ita distingui positiuè aduenit Patri, & Filio per spirationem actiuam; distingui autem negatiuè, & incommunicabilitèr conuenit eisdem per duas proprietates personales Paternitatem, & Filiationem.

Verum est tamen, quòd id quod distinguit negatiuè, existètib; rebus aliis

**A** distinguit etiam positiuè ab iisdem: quare Paternitas, siue Filiatio, antequàm intelligatur Spiritus Sanctus procedens, non distinguunt ab illo positiuè, sed producto Spiritu Sancto, positiuè distinguunt ab illo: imò hæc proprietates distinguunt personalitèr, vt initio notationum diximus; spiratio autem actiua distinguit solùm relatiuè. Explicanda igitur iam est difficultas quomodo filiatio distinguat ab Spiritu Sancto; cum non sit relatio illi opposita. Dicendumque est relationem creatam non solùm se ipsâ distinguere à relatione opposita, sed ipsum subiectum diuidere à subiecto alterius relationis oppositæ, quare ipsa subiecta sunt opposita non per se, sed per relationem. Quare similiter in relationibus diuinis, ex eò quòd Filius est spirator, spiratio actiua distinguit non solùm spiratorem, quod est relatum istius relationis; sed Filium, quod est quasi subiectum relationis. Et ita Filius, & Spiritus Sâctus distinguuntur, vt Ionas, & filius Ionæ, vt lib. 4. docebimus. Ionas enim non est nomen relatiuum, est tamen subiectum relationis paternitatis, & ita opponitur filio non omninò disparatè; sed quodammodò relatiuè, licèt relatio non explicetur in vtroque extremo. Ad hunc modum Filius, & Spiritus Sanctus non opponuntur disparatè, sed quodammodò relatiuè: quia dum Spiritus Sanctus intelligitur productus, necessariò intelligitur productus à Filio.

**B** Aduertamus igitur discrimen esse in re ista inter res creatas & diuinas; nam hoc nomen, filius, in rebus creatis non indicat cuius sit filius, nisi dicas filium Ionæ Cepham; qua adiectione filius Ionæ, & Ionas opponuntur quodammodò relatiuè: at verò in rebus diuinis, Filius est proprietas vnius personæ, & indicat cuius sit Filius, scilicèt alterius personæ, cuius proprietas est Pater. Similiter Spiritus Sanctus est nomen relatiuum vnius personæ, cuius proprietas est spiratio passiva, & ea ex propria ratione, vt diximus, est ad Patrem & Filium: quare Pater, & Filius opponuntur relatiuè Spiritui Sancto, quasi subiectum relationis oppositæ, sicut Ionas opponitur filio Ionæ. Et hæc oppositio licèt non indicetur nomine Patris aut Filij, indicatur tamen nomine Spiritus Sancti; & ita Pater, &

Productio Sp. Sancto, Filius filiatione ab illo distinguitur, etiam positiuè.

2. Responso vera.

Vt in creatis; sic in Deo relatio v.e. spiratio actiua distinguit & opponit relatiuè relatum, scil. spiratorem. & in super nodis paratè, sed quodammodò relatiuè quasi subiectum relationis, scil. Filium. Exemplum.

Dum Sp. Sanctus intelligitur productus, necessariò intelligitur productus à Filio.

18. Discrimen quo ad hoc inter res creatas, & diuinas.

In diuinis Filius est proprietas vnius personæ, & indicat cuius sit Filius, scil. Patris: similiter Sp. Sanctus.

Pater & Filius sunt per se subiectum spirationis actiue.

Tacite obiect. occurritur.

Fecunditas diuinæ naturæ includitur in conceptu personæ; potètia notionalis minimè.

Vera respositio inculcatur.

Tunc filiatio non explicaret totam rationem proprietatis hypostaticæ.

16.

Pro 2. responso. 3. Aduert.

ex Capreol.

Filius filiatione distinguitur negatiuè ab Sp. Sancto scil. à productione Sp. Sancti, & vt secundum propriam rationem est persona incommunicabilis, & nò distinguibilis positiuè ab alia, nisi per originem.

Spiratione ab eo distinguitur positiuè, & opponitur quasi relatiuè.

Hæc oppositio est intrinseca Sp. Sancto.

Patri, & Filio concipitur adueniens.

17.

ter, & Filius opponuntur, quasi relatiuè Spiritui Sancto, vt per se subiectum spirationis actiuæ; quod satis est, vt ex proprijs rationibus intelligantur distincti, sicut Ionas à filio Ione.

Itaq; Filius ex propria ratione est persona diuina incommunicabilis, & adhuc ex propria definitione diuinæ personæ conuenit illi, vt non distinguatur ab alia persona diuina nisi per originem; sed in isto conceptu non includitur origo spirationis actiuæ; sed quia spirationis origo includitur in cōceptu Spiritus Sancti, qui necessariò & ex intrinseca ratione procedit de Patre & Filio, id satis est, vt Filius & Spiritus Sanctus ex suis proprijs rationibus intelligantur vt distincti quodammodo relatiuè, vt explicatū est. Et hoc ex 4. libro probauimus, vt faceremus dilucidiorē quæstionem. Quòd si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, nō distingueretur ab eo; quia non includeret Spiritus Sanctus oppositionem cum Filio, quam includit: quare recurrendo ad antecedentia, Filius & Spiritus Sanctus esset persona vna, vt in notationibus declarauimus.

Secundū igitur caput argumentorum pro Scoto illud est, quòd vna persona non potest procedere duabus processioneibus; at verò cap. antecedenti docuimus, quòd si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non essent duæ processiones, & in hoc falli Scotum, vt verè fallitur. Attendendum igitur est, data hypothese impossibili non solū colligi per bonam consequentiam ea quæ sunt quasi effectus consequentes; sed consequi etiam causas necessariò coniunctas cum illa positione impossibili: dicimus enim hominem habere alas, si volat; alæ enim sunt instrumenta volandi; & ita à volatu hominis, qui est effectus alarum, inferimus hominē habere alas. Meditandum igitur est, si Spiritus Sanctus procederet à solo Patre, quæ esset Patris hypostasis? quæ potentia? Hypostasis enim esset constituta duplici relatione Paternitatis, & spirationis actiuæ: potentia verò esset generandi & spirandi; sed non esset potentia producēdi duas personas; quia non possunt procedere duæ, nisi vna earū ab altera procedat; potentia etiam spirandi non esset comunicabilis. Ex his autem antecedentibus cōsequens est, vt persona pro-

cedēs procederet vna processione, quæ simul esset generatio, & spiratio passiuæ; & constitueretur persona duplici relatione, & non esset Filius qui modo est. Hæc autem omnia colligimus ex data hypothese impossibili recurrendo ad ea quæ antecedunt. Et videtur hæc opinio muniri autoritate S. Ambrosii lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 3. vbi ait eum qui Spiritum Sanctum negat, simul negare Patrem & Filium: sanè quia non essent eadem personæ, sed Filius esset constitutus duplici proprietate geniti, & spiranti; & Pater duplici etiam gignētis & spirantis: vel fortè arguit à posteriori, quia si non esset spiratio, neque generatio esset: cum sit eadē ratio de vtraque. Quia in disputatione Doctores scholastici per horum incogitantiam finxerunt portēta opinionum, rati dicere sibi omnia licere, vna data hypothese impossibili; cū dicenda non sint nisi ea, quæ sunt cum illa impossibili positione necessariò coniuncta.

Quòd si hæc antecedētia aliter animo fingas, scilicet Filium procedere cū qui modo est, & eo producto, produci Spiritum Sanctum: consequens est vt Spiritus Sanctus sit res distincta à Filio, sed hoc est consequens ad subiectū, vt cap. præcedente docuimus: quia Filium vt Filium, & Spiritum Sanctum vt est Spiritus Sanctus, meditari ex parte subiecti, non attendens ad prædicatum, quod est non procedere à Filio: nam ad hoc prædicatum sequitur non distingui à Filio; at verò ad subiectum respiciētibus, si Filius vt est, & Spiritus Sanctus eodē modo vt est, cogitentur, consequitur vt sint personæ distinctæ; quia sūt duæ personæ incommunicabiles productæ duabus productionibus. Quod explicatur proposita quæstione: nam si Filius esset genit⁹ vt modo est, ante spirationem, & sola filiatione constitutus; & illo sic genito & constituto, Spiritus Sanctus procederet à solo Patre; non distingueretur à Filio, & distingueretur à Filio: quia antecedēs habet duas propositiones, à quibus sequuntur duæ contradicentes; ab eo quòd esset persona quæ nunc est sola filiatione constituta, sequitur quòd Spiritus Sanctus esset persona distincta; ab eo verò, quòd non procederet à Filio, sequitur quòd non esset distincta: absolute tamen genito Filio, & constituto filiatione;

sed vna esset processio, quæ simul diceretur generatio, & spiratio passiuæ: Similitèrque, vna persona procedens simul Filius, & Sp. Sanctus. S. Ambrosii Sic arguens à priori.

Fortè arguit à posteriori.

Notandum.

21.

2. Aduert. In eahypothese si si psonæ immutata & processiones duæ fingantur, prior Filij, posterior Sp. Sancti, cōsequēs est ad subiectū, quòd Sp. Sanctus distinguatur à Filio; ad prædicatū, quòd nō distinguatur.

Declaratur.

Antecedens habens duas propositiones, seu duoprædicata, ex quo sequuntur duæ contradicentes.

Vt Filius & Sp. Sanctus ex proprijs rationibus opponantur quodammodo relatiuè, satis est quòd origo spirationis, & oppositio includatur in conceptu Sp. Sancti.

In hypothese quæstionis, Sp. Sanctus non includeret oppositionem cū Filio quā includit.

20.

2. Cap. argumentorū pro Scoto est res pōsio Scotistarū de qua cap. 43. nu. 12. cum sua ratione ibi refutatum, 14. 15. &c.

1. Aduert.

In hypothese quæstionis hypothese Patris esset alia constituta duplici relatione, scilicet Paternitate, & spiratione actiuæ. Item potentia illius esset generandi, & spirandi nō duas, sed vnā personam; & esset incommunicabilis, etiam vt spiratrix. Vnde nō duæ,



liatione; consequitur ut nulla persona possit adhuc procedere, à Filio distincta, quæ non procedat ab eo. Quod si ponas procedere aliam personam: ad hoc quidem consequitur esse distinctam, quia est alia persona: sed ad hoc quod non procedat à Filio, perpetuò consequitur, ut non sit distincta ab illo. Et ita respondet S. Thom. q. 10. de potentia, art. 5. ad 4. & 5. cõfitendo duas fore personas procedentes, si processiones essent duæ.

S. Thom.

22.  
3. Aduert. Sp. Sãctus distingueretur à Patre, etsi ab illo nõ procederet immediatè, sed duntaxat per Filium mediũ.

Durand. Ferrar.

Denique constituendum est Spiritum Sanctum distingui à Patre, etsi ab illo nõ procederet immediatè, ut verè procedit, sed duntaxat per Filium medium procederet. Nam & in rebus creatis quibus generationes sunt per accidens, nepos necessariò distinguitur ab auo à quo non procedit immediatè, sed duntaxat per Patrem. Et hæc est sententia Durandi d. 11. quamvis Franciscus Ferrariens. aliquantulum repugnet 4. cõtra gentes, cap. 4. sed nihil efficit repugnando. Et hæc ipsa est communis scholarum sententia.

Responsio.

**Q**Uæ ex S. Augustino verba afferuntur, minimè refragantur nostræ sententiæ; nam S. August. volens ostendere Spiritum Sanctum non esse Filium, id collegit rectè ex eò, quod Filij est nasci; Spiritus Sanctus verò non nascitur, sed datur: quod discrimen commemorauimus inter processionem Spiritus Sancti, & natiuitatem Filij. Et ea quæstio est non de distinctione reali processionum, sed de rationibus, siue definitionibus, quibus distinguuntur. Quod si contendas S. Augustinũ loqui de distinctione reali: Respondemus, hoc ipso quod Spiritus Sanctus procedit ut datus, procedere à Filio, quia est Amor mutuus; & ita distingui ab eo. At S. Anselmus magis videtur accedere ad partes Ioãnis Scoti; ipse enim contra Græcos, ut ostenderet Spiritum Sanctum à Filio procedere, ex vnitæte diuina arguebat Patrem & Filium in vnitæte spiratoris conuenire. Obijcit verò sibi, quoniam eodem argumento Pater, & Spiritus Sanctus conuenient in vnitæte genitoris; aut Filius, & Spiritus Sanctus conuenient in vnitæte geniti, ut vterque sit genitus. Respondet verò consequentiam nullam esse, ait enim Spiritum Sanctum nasci non posse cum Filio; cum ideò di-

Respondet. Non infertur in duabus per-

**A**stinguatur à Filio, quia non nascitur, sed procedit: subdit verò. *Nam etsi per aliud non essent plures Filius, & Sp. Sãctus, per hoc solum essent diuersi, scilicet quia alter natus, alter spiratus: igitur etsi Pater & Filius non distinguerentur media origine inter vtrumque, & Spiritus Sanctus à Filio non procederet, plures tamen essent adhuc, ut ait Scotus.* S. Thom. q. 10. de potent. art. 5. ad 2. respondet S. Anselmũ ex ijs quæ Græci concedebant, arguere: concedebant enim processiones esse distinctas: quod si sũt processiones distinctæ, sunt quoque distinctæ personæ. Potest igitur rectissimè S. Anselmus hac ratione declarari; volebat enim argumentum refellere ostendendo, quod vnitæte diuina non copulat Filium cum Spiritu Sancto natiuitate; sed potius natiuitas, & processio ad distinctas personas pertinent; ita ut etsi nullo alio discrimine discernendi essent, ipsis processionibus distinguerentur: si enim processiones essent distinctæ, ut sunt, hoc ipso personæ procedentes distinctæ essent; hoc enim est consequens ad processiones distinctas, ut in notationibus docuimus. Scotus verò ad hoc quod Spiritus Sanctus procederet à solo Patre, ait consequens esse ut processiones essent adhuc distinctæ, quod S. Anselmus non dixit: imò cap. 3. sapius repetit S. Anselmus relationis oppositionem personas distinguere. Potest igitur responderi S. August. & S. Anselmũ loqui de veris processionibus diuinis ut sunt; quibus necesse est procedere personas distinctas, cum illæ sint distinctæ: sed si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, processiones non essent ut sunt, neque distinctæ; neque contrarium dixit vsquam S. Anselmus. Græcos verò confitemur falsò intellexisse cũ Scoto, posse Spiritum Sanctum distingui à Filio, etsi ab illo non procederet; & esse tũc ponendas processiones distinctas. Ad primum responderetur, quod si Spiritus Sanctus procederet à solo Patre, esset in Patre potentia generandi & spirandi; siquidem & generaret, & spiraret, ut ponitur: sed non esset potentia ad producendas duas personas, quia genitus & spiratus non essent personæ duæ, sed vna. Ad secundum responderetur concedendo antecedens, quod vna persona non

sonis vnitæte genitoris, vel geniti, supponendo cũ Græcis dari duas processiones.

S. Thom.

S. Anselmus non dixit dari duas processiones, si Sp. Sãctus procederet à solo Patre, ut dicit Scotus.

Ad 1. arg.

Ad 2. arg.

non

non potest produci duabus productionibus: quod si genito prius Filio intelligamus Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, consequens est ut sint duæ processiones re ipsa distincte, ut docuimus in aduertendis; absolute tamen eò quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, consequens est ut ipse esset Filius, & esset persona vna producta productione vnâ, quæ duobus nominibus, scilicet generationis, & spirationis explicaretur. Quod si hæc absurda sunt, sicut sanè consequentia ad illud impossibile, quod à solo Patre Spiritus Sanctus procedat.

non potest produci duabus productionibus: quod si genito prius Filio intelligamus Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, consequens est ut sint duæ processiones re ipsa distincte, ut docuimus in aduertendis; absolute tamen eò quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, consequens est ut ipse esset Filius, & esset persona vna producta productione vnâ, quæ duobus nominibus, scilicet generationis, & spirationis explicaretur. Quod si hæc absurda sunt, sicut sanè consequentia ad illud impossibile, quod à solo Patre Spiritus Sanctus procedat.

Ad tertium concedo, quod spiratio actiua non distinguit Filium ab Spiritu Sancto distinctione personali absolute, ac simpliciter, est tamen ratio personæ distinctæ. At verò Filius non esset persona distincta ab Spiritu Sancto, si Sp. Sanctus ab eo non procederet; eò quod filiatio non esset proprietas istius personæ, sed esset persona alia, cuius proprietas esset filiatio, & spiratio passiuæ simul, ut diximus. Aliter respondet S. Thom. q. 10. de potent. art. 5. ad 13. quod licet processio non opponatur filiationi, tamen Spiritus Sanctus procedens opponitur relatiuè Filio, à quo procedit, iuxta ea quæ in notationibus elucidauimus.

Ad quartum concedo, quod ratio quæ distinguit hypostatica ac personali distinctione, nõ est necesse, quod sit proprie opposita singulis relationibus personalibus, ut argumentum probat: est tamè necesse quod sit quodammodo opposita ut Ionas, & filius Ionæ, ita ut persona distincta habeat relationem oppositam relationi alterius personæ distinctæ. Et ideo rectè S. Thom. colligit ex eo quod ratio non esset opposita inter Patrem & Filium, personas non distingui: colligit autem hoc quasi à consequente; nam si non esset spiratio actiua in Filio, spiratio passiuæ in Spiritu Sancto non opponeretur Filio; & ita non distincti essent Filius, & Spiritus Sanctus. Et idem colligitur ex antecedentibus; nam si Filius non spiraret, filiatio non esset tota proprietas personæ, ut docuimus; sed filiatio, & spiratio passiuæ simul esset proprietas personæ vnus procedentis.

Ad quintum per eadem respondetur, concedendo totum id, quod argumento

A probatur; scilicet filiationem esse quæ primò, & per se distinguit hanc personam à cæteris, ut diximus. Sed tamen si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, filiatio non esset tota proprietas Filij, sed alia quæ esset filiatio, & spiratio simul.

B Ad sextum respondetur, quod permissa hypothese quæ ponitur, persona Filij non esset eadem; quare non seruaret eandem incommunicabilitatem, sed aliam, quia esset Filius, & Spiritus Sanctus simul: non tamen esset minùs vna, quia esset persona diuina simplicissima: esset tamen vna vnitate alia personali, cuius esset duplex proprietas, scilicet filiatio, & passiuæ spiratio, seu potius vna proprietas duobus nominibus explicata.

C Ad septimum respondetur Filium perfectè constitui filiatione, ita ut eadè distinguatur personalitèr non solum à Patre, sed etiam ab Spiritu Sancto: sed si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non constitueretur hæc persona filiatione, ut sæpius repetimus. Quod si inuestes, id quod est prius posse intelligi remoto posteriori, & ita posse intelligi Filium constitutum sola filiatione; & quod ab illo non procedat Spiritus Sanctus. Respondetur duas positiones tunc esse attendendas, scilicet quod Filius sit constitutus ut modò est, & quod Spiritus Sanctus non procedat ab illo: illa autè positio quod Filius sola filiatione sit constitutus, etsi re ipsa vera sit; est tamen cum altera coniuncta impossibilis, scilicet quod Spiritus Sanctus non procedat ab eo; hoc enim pertinet intrinsecè ad diuinam personam, ut non distinguatur ab alia nisi per originem. Cum igitur ponitur persona Filij constituta ut est, atque adeò distincta ab Spiritu Sancto; & quod Spiritus Sanctus non procedat ab illa; utrumque est impossibile, & quod Spiritus Sanctus non procedat à persona Filij, & quod ea persona à qua non procedit Spiritus Sanctus, sit ab illo distincta. Ex hoc impossibili quod Filius tunc constitueretur sola filiatione, sequitur esse distinctum ab Spiritu Sancto, absq; media origine: sed ex altero impossibili, quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio, sequitur non esse distinctum.

D Iam enim cap. antecedenti, & inter aduertenda hoc eodem cap. docuimus, ex antec-

26. Ad 3. arg. 1. Respons. Spiratio actiua non distinguit Filium ab Sp. Sancto personalitèr absolute, est tamen ratio personæ distinctæ.

2. Responsio S. Thom.

27. Ad 4. argum. Relatio personæ distinguens personalitèr, solum exigit, ut persona distincta habeat relationem oppositam relationi alterius personæ distinctæ.

In hypothese questionis personæ nõ distingui colligitur à consequente.

28. Ad 5. arg.

29. Ad 6. arg. In hypothese questionis esset alia persona incommunicabilitas, & alia vnitas personalis.

30. Ad 7. arg. Respòd. ex aduert. n. 13, & 14

1. Replia.

Ocurrunt.

Pertinet intrinsecè ad diuinam personam ut nõ distinguatur ab alia nisi per originem.

Cum ponitur quod Filius sit constitutus ut modò est, & quod Sp. Sanctus ab illo nõ procedat utraque propositio simul est impossibilis.

Respondet Non interuenit in hæc per-

Ex antecedente copulato duarum propositionum repugnantium sequuntur contradicentes. 2. replica.

Occurritur. Filius cum sit prior origine, potest considerari distinctus ante Sp. Sanctum, atque adeo ante oppositionem quasi relativam cum illo, ut in advert. num. 16.

30. Ad ultimum. Si Sp. Sanctus nec proximè, nec remotè à Patre procederet, non distingueretur ab illo.

Ad confirm.

Processio etiam per accidens, ex sui intima notione affert distinctionem.

ante cedente copulato duarum propositionum repugnantium, posse colligi contradicentes. Quod si objicias Filium non opponi quasi relativè Spiritui Sancto, nisi per hoc quod Spiritus Sanctus refertur ad illum, ut exposuimus; Filium autem esse priorè origine, & id quod est prius posse considerari sine posteriori. Hoc totum concedimus, & concedimus etiam quod si ita mediteris Filium, erit adhuc distinctus ab Spiritu Sancto: sed absolutè ex hoc quod Spiritus Sanctus non procedit à Filio, recurrendo ad antecedentia, colligitur quod Filius non constitueretur sola filiatione; & ita non distingueretur ab Spiritu Sancto: re ipsa verò distingui, quia opponitur illi relativè, siue per originem, ut declaravimus.

Ad ultimum respondetur, quod si Spiritus Sanctus nullo modo procederet à Patre, non distingueretur ab illo; hoc enim est consequens ad hoc quod non procedat, quod scilicet non distinguatur: sed tamen si à solo Filio proximè procederet, per hoc remotè à Patre procederet, ab eodemque distingueretur; satis enim esset quod Pater esset principium Filij, & Filius principium Spiritus Sancti, ut Spiritus Sanctus à Patre distingueretur, siquidem ab eo procederet Filius. Ad confirmationem respondetur, quod in divinis nihil est per accidens; sed et si Spiritus Sanctus per accidens procederet à Patre, adhuc tamen distingueretur ab eo; quia processio in sui intima notione affert distinctionem; sicut nepos ab avo distinguitur, à quo est per accidens. Neque potest intelligi quod avus sit nepos suus, neque quod Pater sit Filius suus.

CAPUT XLV.

Nomen actuum notionalium significat originem cum operatione essentiali coniunctam.

DE principijs divina processiois cum disputatum sit, deque potentia notionali, & de Spiritus Sancti processione à Patre & Filio; succedit ut de ipsa natura processiois, & potentia notionalis operatione differamus. Et quoniam in divinis essentialia antecedunt relativam, prius tractabimur de divina processione, ut est cum operatione essentiali coniuncta, qua de re nonnullas facie-

mus quaestiones. Posthac de ipsa nuda processione commentandum erit. Caput hoc dividimus in partes duas.

Prima Pars: Potentia notionalis habet operationem essentialè cum origine coniunctam. Secunda Pars: Operatio essentialis non est origo.

PARS PRIOR.

Potentia notionalis habet operationem essentialè cum origine coniunctam.

Nomen istud actus notionalis proprie congruit rebus divinis: nam actio est proprie ubi est mutatio; qua de causa S. Gregor. Nazianz. orat. Theolog. 3. nomen istud à Deo rejicit. Absurditate (inquit) non caret huiusmodi actionis opinio. Actus verò non indicat mutationem, sed est Deo accommodatus, qui est actus purus. Est etiam congruus actus potentia. Et S. Thom. q. 41. art. 3. & 4.

saepius vocat actus notionales, raro autem actiones. Dicuntur etiam actus istiusmodi operationes, quod nomen etsi ab opere, quod est externum deductum sit; unde &

Marius Vict. lib. 1. contra Arium. Cum foris (inquit) operatur, operari dicitur. Vsu tamen loquendi ita factum est amplum, ut tribuatur divinis actibus; & ipse Marius eo lib. pro operatione interna hoc nomen usurpat: imò & actiones appellat S. Thom. loco recitato ad 3. ubi ponit potentiam realem in Deo ad actiones, scilicet notionales; nam ad essentialè potentia in Deo non est realis, ut ibidem docet Sanctus Doctor. Neque his nominibus abstinendum quibus assuefacti sumus: itaque & operationes, & actiones licebit dicere; sed melius actus notionales. Pulchre autem idem Marius post disputationem contra Arium commendans dignitatem istorum actuum hymno primo, sic dicit: Sed quia Dei motus est, habet in se motus Deum. Rursusque ipso ipso quia Dei motus est, habet in se motum Deum.

Itaque etiam motus hie deitati congruit, & deitas motui. Nam actionem divinam dicit motum Dei, quadam loquendi licentia. Primum igitur loquendum nobis est de potentia notionali activa, cuius actus not-

OO tus

Actio est proprie ubi est mutatio. Nazianz.

Actus nomen accommodatum divinis. S. Thom.

Operatio ut actio. Mar. Vict.

Divinos actus licet dicere operationes. Idem.

Item actiones. S. Thom.

Marius. Divinum actum dicit motum Dei.

Questio vtrū intellectio essentialis sit actus generatricis potentia.

Scoti 1. assertū verū. Diuina intellectio nō est principium formalis generationis. Probatur.

2. assertū falsū.

3. assertū falsū.

Declaratur vtrūq; assertū.

Vtrūq; cep. 1. p. 12. n. 4. & 9. Refutatur 1. Secundō.

3. 1. Conclusio. Essentialis intellectio Patris antecedit actū dicendi, seu generationē, est etiā actus notionalis, & productiuus Verbi, id est, de quo procedit Verbum. Declaratur,

tus ac scitus est ipsa origo; vt potentia generatricis actus est actiua generatio, & spiratricis potētię actiua spiratio. Sed cū potentia generatrix sit essentia simul cū intellectu, cuius scilicet intellectus operatio essentialis, est intellectio; quæritur, Vtrū ipsa intellectio sit quoq; actus generatricis potētię? Ioan. Scotus in 1. d. 27. q. 2. & in quodlib. q. 1. affirmat diuinā intellectionem nō esse principium formale generationis; sed intellectū fecundū, siue memoriā. Et hoc quidē rectē; nam operatio potentia nō est principium quo sequentis operationis, sed ordine quodā cū illa coniungitur. Sed quodlib. eodē ait intellectionē nō esse actū productiuū, quo scilicet producat Verbum diuinū, siue generetur Filius. Et hoc quidē cōsentaneē opinatur; credidit enim etiā in rebus creatis Verbum nō produci per intellectionē, sed per actionē dicendi: quod idē affirmat de Verbo diuino. Affirmat autem idem Scotus intelligēdi actum antecedere actum dicendi, siue generandi; quia essentialia antecedunt relatiua: sed quāuis antecedit actus ipse intelligēdi, ait eum nō pertinere ad rationē originis, & idcirco nō esse productiuum. Ponit autē Scotus in Deo intellectiones duas; quia in rebus creatis existimat verbum esse intellectionē productā per actum dicendi, vt antea enarrauimus: in Deo autē intellectionem genitā ait esse verbum, & eā produci, siue gigni per actū dicendi; intellectionē autem nō genitā, esse operationem essentialē, & eā esse priorem actu dicendi. Cōtra hæc docuimus Verbum, & intellectionem definitione distare: & in Deo Verbum esse duntaxat personale, intellectionem verò esse duntaxat essentialē; aliā personā cum natura siue essentia confundimus.

Nobis igitur illud hoc loco incūbit vt ostendamus intellectionē antecēdem actū dicendi, siue generationē, esse operationē notionalis potentia, & esse productiuum actū. Remoueamus tamē nominis equiuoci ambiguitatē; nam si actus productiuus intelligatur ipsa productio, intellectio Patris nō est actus productiuus, vt parte 2. cap. cōprobauimus; sed si actus productiuus dicatur, eo modo quo potentia notionalis dicitur productiua, quia de illa procedit persona genita; ostendemus planē hoc sensu intellectionē Patris esse actū productiuum; ita vt non

A solū de intellectu Patris, sed de ipsa intellectione procedat Verbum, quod Scotus negat. Probatur primò ducendo argumentū à rebus creatis; nam in nobis intellectio est ipsa verbi productio, vt docuimus; ergo in Deo intellectio est saltem productiua eo sensu, vt de intellectione procedat Verbum. Deinde intellectus vt est in actu intelligēdi est perfectius, aut sanē cognoscitur perfectiori modo; sed omnis perfectio est tribuenda diuinę processioni: ergo Verbum procedit de intellectu, vt est in actu intelligēdi. Tertiò probatur, quoniā operatio potentia magis accedit ad terminū producendū; nisi ea operatio non pertineat ad terminū, sed habeat se ad illum per accidēs: Cum ergo intellectio sit operatio maximē propria potentia generatricis, quæ est intellectus, & nō habeat se per accidēs ad terminū producendū, quod est Verbum, magis accedit ad producendum Verbum, quā ipse intellectus. Quod autē non habeat se per accidēs intellectio ad Verbum, satis liquet: nam in verbo intelligimus, vnde antea confecimus argumētū, quod sicut verbum est terminus in quo intelligimus, sit quoq; terminus intelligendo productus. Denique actus intelligēdi, vt ipse Scotus confitetur antecedit actum dicendi; & nihil prohibet, vt statim videbimus, quin ille actus intelligēdi concurrat, siue pertineat ad generandū; ergo nulla ratione hoc potest negari. Nam ea quæ antecedunt, nisi sint per accidēs, necessariò concurrunt ad cōsequētia: est enim ordo naturæ, vt id quod antecedit, sit causa cōsequēti; nisi sit per accidēs cōiunctum cū cōsequēte, vt volūtas antecedit in Patre, sed ad generandū nō pertinet. Explicatur hoc, nam actus intelligēdi antecedit generationē; quid ergo prohibet actū intelligēdi esse fecundū, sicut & intellectus fecundus est? Et hoc fortē indicat S. Hilarius lib. 7. de Trinit. de Patre. Quod (inquit) cū Sacramento sciētię suę ex eo nascitur, quia Sacramētū Paternę sciētię ad natiuitatē Filij pertineat. Cōfirmatur apertissimē, solū enim Pater quę intelligit dicit, vt p. 2. cap. declarabimus; dicere autem significat intelligere, vt est Patri proprium: ergo hoc intelligere in Patre est actus notionalis, siquidē est proprius illi. Et idcirco Doctores distinguūt, quod intelligere aliud est notionale, quod indicat

Probatur 1. ex intellectu. ne creata.

Probatur 2. Verbum procedit de intellectu, vt est in actu intelligēdi.

Probatur 3.

Non habet se per accidēs in intellectu ad verbum; nam in verbo intelligim.

Probatur 4.

Ea quæ antecedunt, nisi sint per accidēs, necessariò concurrunt ad consequētia.

Declaratur Nihil prohibet actū intelligēdi esse fecundū S. Hilarius.

Confirm. 1. apertissimē.

Intelligere aliud notionale; aliud non notionale.

dicat originē, & est propriū Patris; aliud nō notionale, quod non indicat originē. Ita Alex. Alēf. 1. p. q. 67. art. 1. cū alijs. Confirmatur adhuc, quia Pater & Filius diligunt se Spiritu Sācto, vt docebimus; quod nō potest intelligi, nisi diligere accipiatur notionaliter, vt aiunt.

Obijciunt tamen contra hęc nō nulla, quę sunt nullius momenti; aiunt enim consequi vt actus intelligendi, quē productiuū dicimus, antecedit actū essentialē diligendi; & quia actus productiuus simul intelligitur cū termino producto; non solū ille actus intelligendi productiuus; sed ipsum Verbū productū antecedent actū voluntatis essentialē; cum tamen essentialia sint priora personalibus. Præterea ob eandē antecedenā actus intelligendi, colligunt Patrē cōmunicare Filio naturā intelligētē, sed non diligētē, neque beatā, quod est impossibile.

Quibus respondemus, in cōstitutione personę Patris cōprehendi intellectum, & voluntatē cū operationibus essentialibus. Deinde considerari in Patre intellectū, vt potētiam generatricem, & actū intelligendi vt operationē istius potētias; & ista intellectio dicitur actus notionalis, & non antecedit dilectionē essentialē, quę præintelligitur in cōstitutione personę, vt diximus, sed actus notionalis intelligendi antecedit actū notionalē diligendi. Nam si quid valeret illud argumētū, etiam intellectus diuinus, qui est potentia productiua, simul cū productione, & Verbo, antecederet voluntatē; & ita Verbū, quod est personale, antecederet voluntatē, quę est essentialē: itaq; essentialia antecedūt in cōstitutione personę; & iterū accipiūtur vt notionalia, scilicet intellectus vt potentia notionalis, & actus intelligendi vt actus potētias. Quo etiā respondetur alteri obiectioni, consequēs enim est, vt persona generās omnia sua comunicet; quia omnia attributa præintelliguntur in cōstitutione eius, licet in actu notionali non concurrāt omnia; quia ad producendū Verbū non concurrat voluntas.

Intellectio igitur vt est primus actus notionalis potētias si definiatur, est quidē essentialis operatio addita relatione; igitur in recto, & principaliter est quid absolutū & essentialē; & in hoc distinguitur à potētia notionali, quod illa est essentialis & virtus, siue potentia & essentialis

A simul; actus verò notionalis non intelligitur vt essentialis, neq; vt virtus essentialis, sed vt operatio. In obliquo verò habet eandē relationē adiectā, sicut notionalis potentia; nam eiusdē est operari, cuius est potentia operandi: quare sicut intellectus prout est in Patre est potentia generandi, ita intellectio prout est in Patre est actus primus, quo Pater generat. Si verò comparatur cum ipsa generatione, etiā in hoc distinguitur à potētia, quod illa est principiu generationis formale; iste verò est actus potētias primus cum generatione coniunctus, quę est actus secundus; Et hoc intelligere notionale proprio nomine vocatur dicere, vt parte 2. cap. explicabimus.

B Noua quardā hic occurrit opinio nostrā sententiā ratione alia conuellens: negant enim Patrē intelligentē producere Verbū; eò quod existimant personā Patris constitui per ipsam productionē; & idcirco ante productionē, qua persona constituitur, nequeunt intelligere personā operantē; cui rei est consequēs vt nō prius cogitetur Pater intelligēs, quā generās, siue producens Verbū: actū ergo intelligendi in Patre sentiunt non antecedere generationē, neq; esse actū primū generatricis potētias; quod cōsequens nostrę sententię contradicit. Istāc opinio lib. 4. refutabitur; sed pro loco si res expēdat, videntur hi Doctores vocem propriā ignorare: nam cū producere verbū sit dicere, & ipsum dicere sit intelligēdo producere, vt antea docuimus; nō potest cogitari quod Pater producat Verbū, nisi intelligendo. Et Patres attestantur hanc veritatem, vt in cōfirmatione videre licet, quod Pater intelligēdo generet; neque Ioannes Scotus hoc negat, & Doctores omnes cōfētū. Isti vero vt rei absurda cōsulāt, aliquid non minus absurdū, & ridiculū meditates interpretātur istud pronūciatū, Pater intelligēdo generat; hoc est, Deū intelligente Pater generat, vt nō intelligamus Patrē prius intelligētē, quā generatē, sed Deū prius intelligētē; Deo autē prius intelligētē cogitemus Patrē generatē. Cōmētarius sanē nō solum sine cōstructione grammaticā; sed irridendus; inquam, commentarius. Quid enim cōfert Deū intelligere ad hoc vt Pater generet? nisi forte quemadmodū dicimus Cicerone consule rē quampiam gustam, ita velint dici

C D

Origo est in rebus...

Potētia notionalis est principiu formale generationis, quę est actus secundus, non sic actus ille primus.

7. 3. obiectio in opinione quorundā Scottitarū, personā Patris constitui per ipsā productionem.

Hęc opinio Refutatur 1.

Producere Verbū, id est, dicere, est intelligēdo, seu intelligentem producere Verbum. Patres

Scot. Scotista cōmuniter Responsio.

1. Improbatio responsionis, Hęc a proposito, Pater intelligēdo generat, improprie explicatur sic: Deū intelligente Pater generat.

Alēf. Confirm.

1. obiectio.

Actus productiuus simul intelligitur cum termino producto.

2. obiectio.

Ad 1. obiect.

Intellectio notionalis nō antecedit dilectionē essentialē vt sic, sed notionalē.

Essentialia antecedūt in cōstitutione personę; & iterū accipiūtur, vt notionalia.

Ad 2. obiect.

6. Intellectio vt est primus actus potētias notionalis, seu primus quo Pater generat, est essentialis operatio.

dici Deo intelligente Patrem gignere : A  
 Sanè si intellectio pertinet ad genera-  
 tionem, is idem generat qui intelligit, &  
 intelligendo generat, hoc est, ipse intel-  
 ligens dum intelligit, generat : Grāma-  
 tica etiam constructione gerundium il-  
 lud copulatur cum Verbo, & conuenit  
 personæ de qua Verbum prædicatur.  
 Sed quæso explicent nobis id quod est  
 in ore omnium, quod Pater & Filius di-  
 ligendo se se producant Spiritum San-  
 ctum : quibus verbis satis exprimitur  
 personas ipsas diligentes producere. Et  
 eodem sensu, vt liquet, solemus dicere  
 Patrem intelligendo producere Verbū,  
 scilicet Patrem ipsum intelligentē pro-  
 ducere. Denique dum sic commentan-  
 tur, Patrem intelligendo gignere, vt nō  
 concedant Patrem intelligentem, quem-  
 nam faciunt Patrem? Num cogitant Pa-  
 trem mentis impotem, & ante actum in-  
 telligendi gignentem : scilicet vt prius  
 necesse sit Patrem gignere, quā intel-  
 ligere; quasi verò à generatione hoc ha-  
 beat, vt possit intelligere, & quasi antea  
 aut fuerit sine intellectu, aut actu intel-  
 ligendi interdictus, aut prohibitus. Quæ  
 etiam nostro modo intelligendi impia  
 sunt, & absurdissima. Constat igitur ac-  
 tum intelligendi antecedere in ipso Pa-  
 tre generationem; imò esse actum po-  
 tentiæ generatricis primum, cum gene-  
 ratione connexum, vt diximus.

Ex istis colligitur falsam esse senten-  
 tiam Francisci Ferrariens. 4. contra  
 gent. cap. 13. asserentis prius ordine ra-  
 tionis dicendi actum in Patre terminari  
 ad Verbum, quā actus intelligendi ad  
 obiectum; quod est dicere, actum gene-  
 randi esse priorem actu intelligendi:  
 quæ errorem ex alio priori errore deri-  
 uauit; credidit enim in nobis verbū pri-  
 us produci, quā obiectū intelligatur; sed  
 hoc iā refutatū est. Sed etsi permitendū  
 esset in nobis, perperam tamen de Deo  
 hoc modo philosophatur; nam in nobis  
 est necessarium verbum ad intelligen-  
 dū, quare posset videri verosimile pro-  
 duci verbū antequam intelligamus : sed  
 Deo non est necessariū Verbum ad intel-  
 ligendū iuxta fidei cōstituta, aliàs Pater  
 esset sapiens per Verbum suum, & accipe-  
 ret à Filio sapientiā, quod etiā superius  
 admonuim⁹: nullo ergo modo Verbum an-  
 tecedat intellentionē Patris. Itaq; Pater  
 nō intelligit quia generat, sed generat

quia intelligit, & intellectio est act⁹ prior.  
 De potētia verò notionali passiuā, nō  
 est op⁹ multa dicere, sed ea, quæ sūt tra-  
 dita, animo enoluere. Diximus enim po-  
 tētia passiuā vnicū actū habere, quæ ipsa  
 potētia antecedit, qui act⁹ est ipse termi-  
 nus processionis passiuæ: quare neq; ip-  
 sa processio passiuā est actus istius potē-  
 tiæ. Diximus etiā potētia passiuā notio-  
 nale nō esse intellectū, aut volūtate; qua-  
 re cū in Deo nulla sit operatio essentia-  
 lis nisi aut ab intellectu, aut à voluntate  
 ducta, nulla operatio essentialis inueni-  
 tur in potentia passiuā notionali. Imò  
 nulla operatio in illa potētia inuenitur,  
 quia operatio est à potentia actiua; sed  
 inuenitur solus actus potētiae, qui est  
 terminus operationis; eo modo quo de-  
 clarauimus. Cōsule quæ diximus, ne di-  
 ctum dicamus.

*Confirmatio.*

Q Vòd operatio essentialis intelligē-  
 di, & diligēdi ducta à potētia notio-  
 nali, scilicet intellectus, & volūtatis fa-  
 cūda, sit actus quoque notionalis, ex eo  
 potest probari, quod Patres affirmant  
 Patrem per intellectum generare, & in-  
 telligendo generare; consequens enim  
 est vt ipse actus intelligendi ad genera-  
 tionem pertineat. Confirmationem e-  
 tiam præcipuè ex eo quod Patres intel-  
 ligunt Deum loquentem, hoc est, gene-  
 rantem; loqui enim sine actu intelligen-  
 di non potest cogitari, aut percipi; igitur  
 si Patrem loqui est Patrem gignere; in  
 ipsa ratione generandi clauditur actus  
 intelligendi, sine quo loquutio non po-  
 test cogitatione fingi. Ita commentan-  
 tur in illud Iob, *Semel loquitur Deus.*  
 S. Greg. 23. Moral. cap. 19. Et in Psal.  
 61. ad illa verba. *Semel loquutus est*  
 Deus. S. Augustin. & Ruffinus ibidem,  
 & S. Bernard. sermone 36. & Glossa in-  
 terlinialis. Et de scholasticis Magist. &  
 Hugo Cardin. & Alex. Alenf. 1. p. q. 62.  
 mēb. 2. Quod etsi is sensus sit mysticus,  
 tamen auctoritate Patrū firmatus nō pa-  
 rum habet ponderis; & ipsæ Patrum sen-  
 tentiæ suum patrocinium ferunt, dum  
 ita enarrando locum, quid sentiant ma-  
 nifestè aperiunt. At verò Thomas Cai-  
 etan. Franciscus Titelmanus, & Incog-  
 nitus versiculū illū. *Dixit Dñs ad me, Fi-  
 lius meus es tu,* pulchrè exponūt de diui-  
 na generatione, quia dū dicēdo vocauit  
 Filiū, Filii gennit; dicere enim ipsum,  
 quid

2. Improbatio  
 e. c. constructio-  
 ne grāmatica.

Refutatur 2.  
 dicta opinio.

Refutatur 3.

8.  
 4. Obiectio  
 in opinione  
 Ferrariens.  
 actum genera-  
 di esse priorem  
 actu intelligen-  
 di.

Hæc opinio  
 Refutatur 1.  
 vt cap. 2. p. 5. &  
 6. & cap. 4. p.  
 3. num. 3.  
 Refutatur. 2.

Deo nō est ne-  
 cessariū Verbū  
 ad intelligendū  
 iuxta fidē: nec  
 Pater accipit à  
 Filio Sapiētiā.  
 Pater nō intel-  
 ligit, quia gene-  
 rat: Sed gene-  
 rat, quia intel-  
 ligit.

9.  
 2. Conclusio.  
 Potentia notio-  
 nalis passiuā  
 vnicū actū ha-  
 ber, scil. termi-  
 nū processionis  
 passiuæ.  
 Probatur c. 28.  
 n. 10. 11. 12. & c.  
 Potentiæ no-  
 tionalis passiu-  
 æ nulla est o-  
 peratio.

10.  
 1. Cōfirmatio  
 1. Cōclusionis.

2. & præcipua

Iob 33. n. 14.  
 S. Gregor.  
 Ps. 61. n. 12.  
 S. August.  
 Ruffinus.  
 S. Bernard.  
 Gloss. interl.  
 Magist.  
 Hugo Card.  
 Alex. Alēf.

Caiet.  
 Tselman.  
 Incognitus.  
 Psal. 2. n. 7.

quid est nisi gignere? Hæc sanè eadè sèrētia est S. Thomæ haud dubia, qui frequēter docet generationem esse secundum operationem intelligibilem, indicās intelligibilem operationem, quæ est ipsa intellectio, ad generationem pertinere; & clariùs 1. p. q. 34. art. 3. affirmat Verbum procedere de cognitione creaturarum; ergo cognitio est actus, de quo procedit Verbum; pertinet ergo ad originē, & est actus notionalis. Thomistæ ferè omnes concordant, vt liquidū erit parte capituli secunda. Suffragium quoque ferunt Alex. Alenf. 1. p. q. 62. memb. 2. ad 3. Albert. Magn. d. 27. art. 5. & Henr. Gandau. in summa, art. 8. q. 2. & est communior Doctorum opinio.

PARS POSTERIOR.

*Operatio essentialis non est origo.*

I.

DE secundo, præcipuoque actu notionalis potentia, qui est origo diuina, parte hac secunda capituli disputandum est; sunt enim Thomistæ quibus placet intellectiōnem in Patre esse ipsā productionem Verbi, quæ est origo & actiua generatio. Neque dubiū est quin diuina intellectio, & origo re, vna sit; sicut essentia, & persona est res vna: sed quoniam cogitando diuidimus res diuinas rationibus formalibus, siue definitionibus, de ea distinctione quæstio versatur, An intellectio vt est actus, notionalis ductus ab intellectu facundo, & proprius Patris, sit ipsa origo siue generatio: an verò definitione, siue ratione, formali, sit actus distinctus? Nam cum in rebus creatis intellectio sit ipsa verbi productio, videtur quòd idem dicendū sit de intellectiōne Patris, quæ de intellectu facundo educitur, scilicet, quòd ipsa sit productio Verbi, eiusque origo, & generatio actiua. Ita sentit Caiet. 1. p. q. 27. art. 5. Quæ opinio placuit Bartholomæo Torres ibidem 2. & 3. p. disputationis, & multis conatur in eadè pertrahere S. Doctorem. Nec ab ea dissentiant, qui aiunt intellectiōnem addita relatione esse productionem Verbi: sed vtraque existimatio falsa est, vt statim dicemus.

Ergo aduertendus est animus, quòd generatio diuina, siue origo est quædam relatio: ita vt sicut relatio non clauditur in tota ratione formali diuinæ essentia;

A ita neque origo, aut personalitas. Hæc enim relatiua sunt; essentia verò absoluta: licet hæc etiam relatiua, suis rationibus formalibus inter se distinguatur, vt hoc libro dicemus; sed tamen cum essentiā comparata, quæ est res absoluta, ista dicuntur relatiua, & sunt res relatiua. Qua sola notatione animo excepta, apertissimè ostendimus intellectiōnem non esse originem: nam intellectio etiā notionalis, vt docuimus parte prioris cap. in recto est quid essentialis, sicut potentia notionalis in recto est essentia: igitur etsi intellectio addita relatione sit propria Patris, sicut & intellectus facundus est Patri proprius; tamen intellectio non est ipsa productio, quæ est relatio, sed est actus antecedens productionem Verbi; estque intellectio Patris, vt diximus, actus productiuus eo sensu, quo ipse intellectus est potentia productiua, sed non est ipsa productio: potentia enim, & actus productiuus est essentia in recto addita relatione in obliquo; productio verò siue generatio est in recto relatio, vt declaratum est.

Licebit autem aduertere, intellectiōnem nostram esse productionem verbi ex propria ratione formali: sed hoc in Deo aliter esse accipiendum; nam intellectio est quid commune tribus personis, productio autem Verbi est propria Patris; ergo non est idem. Quòd etsi respondeas, intellectiōnem notionalis esse propriam Patri: Non euadis difficultatem; nam intellectio propria Patri est essentialis operatio addita relatione, quæ propria est Patri: igitur si ipsa intellectio diuina, quæ est essentialis operatio, esset ex propria ratione productio Verbi, ipsa essentia esset in Patre diuersa, quòd est hæreticum. Et clariùs dicitur quòd ipsa intellectio notionalis in recto est essentia; ergo non est productio, quæ est relatio. Præterea hoc ipsū ratio persuadet; nam in nobis intellectio est actio derivata à potentia reali, scilicet ab intellectu à quo distinguitur: quare per ipsam actionem potest produci aliud, & non est necesse adde- dere aliam actionem, sed ipsa intellectio est actio & productio. At verò diuina intellectio non est actio emanans à reali potentia, sed à potentia rationis, vt S. Thom. docet; quia nō distinguitur ab ipso intellectu nisi sola ratione,

Origo est in recto quædam relatio.

Intellectio etiam notionalis est in recto quid essentialis, & absolutum.

3. Fund. & resp. ad rationē dub. In Deo intellectio est communis tribus personis: generatio est relatio propria Patris. Replica.

Occurritur. Si intellectio notionalis esset ex propria ratione productio Verbi, ipsa essentia esset in Patre diuersa.

2. Fund. & resp. ad rationē dubit.

In Deo intellectio est actio emanans duntaxat à potentia rationis.

S. Thom.

Alenf. Alb. Magn. Gandau.

Quæstio, an ratione formali intellectio propria Patris, sit generatio?

Ratio dubitandi

Affirmant, Caietan.

Torres.

Alij.

Conclusio negat. Aduert.

3. Fundam.

Intellectum & intellectio-  
nem Pater commu-  
nicat Filio: gene-  
rationem autem actiuam, siue productio-  
nem non communicat; ergo intellectio  
Patris non est productio Verbi, siue ge-  
neratio.

4.

Aduert.  
Primus actus,  
& 2. seu præci-  
pius potentia  
notionalis, sūt  
inter se cōnexi  
ex modo intel-  
ligēdi, ac proin-  
de definitione.

Origo est no-  
mē genericū.

Generatio, &  
spiratio actiua,  
sunt nomina  
specialia, quarū  
discrimē abiq;  
actibus essen-  
tialibus nō ex-  
plicatur.

Actus notiona-  
lis primus est  
operatio essen-  
tialis in recto  
coniuncta cū  
origine in obli-  
quo.

Actus notiona-  
lis secundus vi-  
ceuerſa,  
Generatio di-  
citur etiam di-  
ctio; quod no-  
men indicat in-  
tellectionē.

qua cogitatur vt actus potentia, sed nō emānans reali emanatione ab illa, sicut in nobis emanat: quare ex propria ratione non est productio. Denique productio actiua in Patre est res distincta à re producta; est enim proprietates Patris, quæ non inuenitur in Filio producto: intellectio autem Patris non distinguitur à re producta, sicut & potentia notionalis quæ est intellectus, vt antea docuimus. Nam & intellectum, & intellectio-  
nem Pater communicat Filio; generationem autem actiuam, siue productio-  
nem non communicat; ergo intellectio Patris non est productio Verbi, siue generatio.

Igitur actus primus potentia notionalis est operatio essentialis cum origine cōiuncta; actus verò secundus, & præcipuus est ipsa origo, siue productio cōiuncta cum operatione essentiali; quia hi duo actus sunt inter se connexi. Cōsiderandum enim est originem diuinam pluribus nominibus significari: dicitur enim in genere origo, in qua adhuc non significatur principium, aut terminus operationis: dicitur nominibus specialibus generatio, & spiratio actiua; quarum operationum discrimen nō potest explicari, nisi prout generatio est coniuncta cum intellectio; vnde habet vt sit productio Verbi & generatio Filij: spiratio verò vt cōiungitur cū dilectione, de qua est processio amoris. Et ita in definitione actuum notionalium in specie, actus secundus cōnectitur cū primo. Et hoc differunt, quod actus notionalis primus est operatio essentialis in recto, coniuncta cū origine in obliquo; actus verò secundus est ipsa origo in recto, copulata cum operatione essentiali in obliquo. Adhuc tamē origo significatur nomine alio expressiori, indicante potentia, & operationem essentialē, cuius est actus: verbi gratia, dictio, est nomen originis diuinæ, significans productionem Verbi, dicere enim significat intelligēdo producere; producere autem est relatio in recto: sed intelligēdo producere, indicat in obliquo operationem essentialē. Et hoc nomen originis indicat operationem essentialē cū qua ipsa origo cōiungitur; ita vt ex modo intelligendi sint coniuncta, etiā ante distinctam, & explicatam rei definitionem. Et hoc est quod in inscriptione istius capituli proposuimus, nomina actuum no-

tionalium significare originem cū operatione essentiali coniunctam. Verū est quod origo Spiritus Sancti non habet nomen speciale indicans dilectionem, sicut dicere indicat intellectio. De qua re postea agemus.

Gennadius in expositione Concilij Florent. sect. 9. productionem actiuam appellat essentialē, quæ tamen non est essentialis operatio, sed notionalis, & personalis: sed dicitur à Gennadio essentialis, quia de essentia producentis, persona producit, & sic vna de conceptu alterius esse dicitur.

Ex his colligitur id quod est sumopere aduertendum, quod verbum hoc dicere est æquiocæ significationis, vt docuimus; significat enim vel intelligere productio verbo, vel etiam producere Verbum: ita in Patre Æterno sunt duo actus, alter intelligendi, alter producēdi Verbum. Itaque solius est Patris dicere quæcunque intelligit; nam dicere est intelligere producendo verbum, quo pacto solius est Patris dicere: ipsi quoque est proprium dicere Verbum. Sed priori modo dicere est intelligere notionale; posteriori autem modo dicere est producere.

Secundum consecrariū est, quod processio passiuā non coniungitur cū operatione essentiali; quia neque ipsa processio est operatio potentia notionalis passiuæ, neque in potentia passiuā est operatio essentialis, vt docuimus parte capituli prioris. Poterit tamen processio passiuā indicare operationem essentialē, sed non cum qua sit coniuncta; verbi gratia, natiuitas indicat quod de intellectio ducatur; sed ducitur de intellectio Patris, cuius non est natiuitas; natiuitas enim est Filij proprietates, & nō est Patris natiuitas, cum Pater nō sit natus; neque natiuitas est actus alicuius potentia essentialis, cum cuius operatione copuletur, vt ex dictis liquet.

Sed contra hanc opinionem quidam obieciūt, nullā actionem intellectus posse cogitari quæ nō sit intellectio. Et quidem etsi ea res in dubio sit apud Doctores; nos tamē credimus ab intellectu possibili nullā oriri actionem immanentem præter ipsā intellectio, cū ea sit satis ad ea producēda, quæ de intellectu oriuntur. At verò in Deo operatio intelligendi est ipsa essentia, & nō est actio deriuata à poten-

Origo Sp. Sā-  
cti non habet  
speciale nomē  
sic indicans di-  
lectionem.

5.

Gennadius  
explicatur.

6.

1. Consecrariū  
Dicere signifi-  
cat æquiocæ  
actum intelli-  
gendi producē-  
do Verbum, &  
actum producē-  
di Verbum intel-  
ligendo.  
Solius est Pa-  
tris dicere quæ-  
cunque intelli-  
git.  
Ostenditur.

7.

2. Consecr.  
Processio pas-  
siua nō coniū-  
gitur cū opera-  
tione essentiali.  
Ostenditur in  
hoc cap. p. 1. &  
cap. 28.  
Indicat tamen  
illam.  
Exemplum.

8.

Obiectio.  
1. Responso.  
Inter Doctores  
dubium, an sit  
in nobis actio  
immanens in-  
tellectus quæ nō  
sit intellectio?  
Auctor negat.  
In Deo ea actio  
necessaria est.



Origo, seu productio est relatio, & ut actus est, ducitur à potentia reali, utpotè cum sit res distincta à procedente: nõ sic intellectio in Deo.

2. respons. Perfectio intellectus imperfecti potest esse productio alterius perfectionis.

3. respons. In nobis productio Verbi est propter imperfectionem intellectiois. In Deo propter perfectionem infinitam.

9.

S. Thomae assertio difficilima, & argutissima.

Impugnatur ex hoc cap. & cap. 14.

10.

Explicatur. Dicere diuinum ut est intellectio, non refertur, nec iungitur media productione ad rem intellectam.

Similiter ut est productio non refertur, nec iungitur ad illam media intellectioe, ut ad obiectum,

à potentia, quam realem dicimus: Quare necesse est ut sit actus distinctus ab origine, quæ est relatio, & ut actus est ducitur à potentia reali, utpotè cum sit res distincta à procedente, ut antea admonuimus. Præterea intellectio est perfectio potentia, & quia noster intellectus est imperfectus, ipsa eius actio perficiens est quoque productio alterius perfectionis: sed in Deo omnis perfectio continetur in ratione formali essentia; & idcirco generatio, siue productio Verbi & ipsum Verbum, non sunt perfectiones additæ: intellectio autem diuina nostro modo intelligendi est perfectio addita; quare necesse est generationem Verbi esse actionem ab intellectioe distinctam. Denique in nobis productio Verbi est propter imperfectionem intelligendi, & ita nihil prohibet, quin ipsa intellectio imperfecta sit productio: at verò diuina intellectio est perfectissima; & de eo quod perfecta est, & infinita sumitur ratio originis; quare necesse est ut intellectio antecedit originem, & non sit ipsa origo.

Per ea quæ disputata sunt possumus expiscari commentarium difficillimæ assertionis, quæ est apud S. Thom. 1. p. q. 34. art. 1. ad 3. ubi id quod docebamur affirmat, scilicet quod dicere sit producere Verbum; & subiicit, *sed mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectam.* Docuimus enim antea intellectum diuinum non coniungi cum re intellecta per medium verbum; cum res intellecta quæ est diuina essentia sit per se intelligibilis. Et hoc etiam capite comprobauimus actum intelligendi antecedere actum dicendi; intellectio autem per se coniungitur cum re intellecta; ergo actus dicendi, siue dicere non importat habitudinem ad rem intellectam.

Ad hoc respondendum est verum illud esse quod superius tradidimus, scilicet intellectum diuinum non coniungi cum re intellecta medio verbo: neque huic sententiæ contrait S. Thom. loco nunc commemorato. Aduertendum igitur est quod dicere Verbum est actus secundus notionalis, & est ipsa origo siue productio, & non refertur per se ad obiectum intellectus, sed ad terminum productum, scilicet ad Verbum; sed in obliquo indicat intellectioem respicientem obiectum: non tamen est consequens, ut

A ipse actus dicendi per id quod indicat in obliquo respiciat obiectum. Quamobrem dicere hoc, quod est producere, non refertur ad obiectum per actum intelligendi cum quo coniungitur; sed per Verbum, quod est terminus productionis: ratio est quia dicere refertur ad Verbum, ut ad terminum, & Verbum ex propria ratione formali habet, ut referatur ad rem intellectam; ergo & dicere ad rem intellectam refertur medio Verbo, non autem media intellectioe; quia dicere non refertur ad intellectioem, sed illam indicat in obliquo. Quare non est consequens quod intellectio coniungatur cum re intellecta medio Verbo. Est tamen consequens ut actus dicendi non coniungatur cum re intellecta quasi cum obiecto, cum actus dicendi non sit intellectio, sed origo: refertur tamen actus dicendi ad rem intellectam, ut ad relatum sui relati; quia per hoc, quod refertur ad Verbum, refertur ad rem intellectam ad quam Verbum refertur, ipso Verbo medio ducente relationem; sicut nepos per Patrem refertur ad auum. Et hoc S. Thom. argutissime docuit considerans actum dicendi non ut intellectio, quia non coniungeretur cum re intellecta medio Verbo; sed ut actus dicendi est productio Verbi, quod ad rem intellectam refertur. Ex quibus clarè liquet S. Thomam actum dicendi in Deo ab intellectioe distinguere.

Confirmatio.

Q. VOD actus dicendi non sit intellectio in Deo; sententia est S. Thomae loco iam recitato. Et ibidem docet quod dicere est personale, scilicet proprietas Patris, & relatio. Quæ in re corrigitur S. Anselm. Monolog. cap. 28. ubi disputando asserit tres personas diuinas dicere intelligendo, & hoc esse dicere cogitando intueri. S. Thomas contra hoc ait, S. Anselm. improprie fuisse loquutum, & vsu significationis similitudine, quia quæ intelligimus dicimus, dicere pro intelligere usurpasse. Idem confirmat de Veritate q. 4. ar. 2. ad 5. Idem sentit Richard. lib. 6. de Trinit. cap. 11. ubi docet quod solus Pater dicit: est ergo dicere diuinum non essentialis operatio, sed proprietas personalis. Eadem opinione concordat Alex. Alenf. 1. p. q. 62. memb. 2. ad 3. Albert. Magn. d. 17. ar. 5. & Henr. Gandau.

Vt est productio refertur ad illam medio Verbo, ut ad ipsi Verbi termini sui, ac relati relatum.

S. Thomae assertio explicata ostendit eum ab intellectioe distinguere actum dicendi.

II. Idem.

S. Anselmum corrigi, dicere pro intelligere usurpante.

S. Thom. Richard. Alex. Alenf. Alb. Magn. Gandau.

Scot.

in summa art. 8. q. 2. consentit Ioannes Scotus, qui non solum negat actum dicendi esse intellectiōem; sed repugnat quod actus intelligendi ad originē pertineat; vt prima capituli parte disputatū est. Et hęc est communis Doctorum sententia.

CAPVT XLVI.

*Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto.*

**E**xplicata natura operationis notionalis, obijcitur ingens quęstio, quam videntur dubiam, ancipitemq; relinquere nō solus Magister in 1. d. 32. sed Alex. Ales. 1. p. q. 67. membro 3. art. 3. & Durand. d. 32. q. 1. & S. Bonauent. q. eadē, ac Bartholomęus Torres 1. p. Magister verō istam quęstionem vocat altitudinē nimie profunditatis. De ea S. Thomas 1. p. q. 37. art. 2. & in 1. d. 14. q. 1. art. 1. & d. 32. q. 1. art. 1. & 4. contra gent. cap. 23. & de Potentiā q. 2. art. 9.

Est autem apertissima causa controuersie; eō quod nulla persona diuina sit perfectio alterius; persona enim est, cuius est perfectio, & ipsa nullius est, vt lib. 4. dicimus; neque ulli personę diuinę deest aliquid perfectionis in se ipsa, vt per alteram personam perficiatur. Quod S. Augustinus decernit 15. de Trinitate cap. 7. affirmans quamuis personam diuinam sibi ipsi intelligere, hoc est, habere in se intellectiōem, & non intelligere vnā personam per aliam. Quod si Filius non intelligit per Patrem, quasi Pater sit forma qua Filius intelligit; multo minùs Pater intelligit per Filium, quę gignit, cum Filius neque sit forma Patris, sed neque principium eius à quō Pater accipiat. Vnde colligit S. August. ibidem absurditate esse plenissimum dicere, Patrem sapientem sapientiā, quam genuit. Et lib. 1. retract. cap. 26. retractat sententiam, quam aliàs protulerat, quod Pater sit sapiens sapientiā genitā. Videtur autem simile pronunciatū, quod Pater, & Filius diligant se Spiritu Sancto; non minùs enim absurdum est, vt obseruat Guitmundus Episcopus Auers. libro de Trinitate, quod Spiritus Sanctus sit dilectio qua Pater diligit, ita vt ab Spiritu Sancto habeat Pater dilectiōem, quam quod Filius sit sapientia Patris, ita vt à Filio habeat Pater sapientiam; nam &

**A** dilectio est essentia, sicut & sapientia; & si Pater haberet aut sapiētiam à Filio, aut ab Spiritu Sancto dilectiōem, ab iisdē haberet essentiam, vt argumentatur S. Augustinus 15. de Trinit.

Quoniam igitur assertum hoc, quod Pater & Filius diligant se Spiritu Sancto, non semel inuenitur apud Patres; vt verum à Doctoribus accipitur, sed quod sit difficile explicatu: Pater enim non est sapiens sapientiā genitā, quare neque videtur Filium diligere Spiritu Sancto; idem enim interest, an à Filio sapientiā,

**B** an verō ab Spiritu Sancto dilectiōem accipiat; à neutro enim Pater accipit. Videtur verō esse sensus idem vtriusque propositionis, aut quod Spiritu Sancto diligit, aut quod Verbo suo sapiens sit; siue quod sit sapiens sapientiā genitā, quod idem est. De qua re Ioan. Scot. in 1. d. 32. plures aliorum opiniones recenset; Gotfredus ibi affirmat istam propositionem esse falsam, & retractatā à S. August. in illa simili, quod Pater non sit sapiens sapientiā genitā. Sed in confirmatione capituli liquidum erit, quod S. August. non retractauit istam sententiā, quę ab alijs quoque Patribus comprobatur.

**C** Aliqui Doctores propter auctoritatē Patrum aiunt, enunciatum illud verum esse, sed improprie loquutionis: qua in re parum Patribus deferunt, dum eos improprie loquutos aiunt. Quidam autē explicant cum Durando, quod diligunt se Spiritu Sancto per quandam accommodationem; quia diligunt quidē se essentiali dilectiōe, quę Spiritui Sancto tribuitur; sed tamen eo pacto concedendum esset, quod Pater est sapiens Verbo suo, quia est sapiens sapientiā, quę Verbo tribuitur.

**D** Alij aliter exponunt, quod diligunt se Spiritu Sancto, scilicet ipso Spiritu Sancto à se procedente significant se se diligere, vt illo ablatiuo casu indicetur non causa dilectiōis, sed signum. Hoc quoque refellit S. Thom. quoniā amor creatus est signū, siue imago amoris increati; cum tamen dicendum non sit Patrem, & Filium diligere se se amore creato, quasi signo dilectiōis suę. Pręterea dilectiōnis signa nobis prębentur, qui occultam dilectiōem ignoramus; nobis autē dilectiō Patris, & Filij non indicatur per processione Spiritus Sancti, quę obscura est

S. August.

3. Ratio dubitandi inculcatur.

Scotus.

Pars negans Gotfredi.

Refellitur in confirm.

4. Partis affirm. 1. explicatio.

Improbatur.

2 explicatio Durand.

Refellitur.

3. explicatio.

Refellitur. 1. à S. Thom.

Amor creatus est signum, siue imago amoris increati.

Refellitur. 2. Processio Spiritus Sancti est nobis obscura.

Hanc quęstionem dubiam reliquere, Magist. Ales. Durand. S. Bonau. Torres. Eā vocat altitudinem nimie profunditatis Magist. S. Thom.

Ratio dub. Nulla persona diuina est perfectio alterius. Ostenditur. 1. Secundo, S. August.

Pater non est sapiens Verbo suo, vel sapientiā genitā, Idem.

mod. 2. Guitmund. Pater non habet à Filio sapientiam, nec à Spiritu Sancto dilectiōem.

est cognitu; signum autem apertum est clarum. Neque verò Patres quos referemus in eo sensu illud assertum; scriptum reliquerunt, ut legenti promptum est in-  
tueri.

Deteriorem verò commentarium afferunt, qui aiunt Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto, quia dant hoc illi, ut se ipsos diligit: Ita Præpositivus. Sed quis non videat durum esse sensum, & quem minimè voluerunt Patres, cum sermonem faciant de ipsa dilectione Patris erga Filium, & Filij erga Patrem? Nam & eodem modo Pater diligeret Spiritum Sanctum Filio; scilicet, quatenus dat Filio dilectionem Spiritus Sancti: & diceret se, & omnia Spiritu Sancto, quatenus Spiritui Sancto comunicat, ut se, & omnia intelligat. Præterea etsi in rebus creatis Rex operetur per Vicarium, cui tribuit auctoritatem moderandi Rempublicam, ita ut operatio Vicarij, siue Proregis non sit operatio Regis, sed illi attribuat, eò quòd dedit Vicario auctoritatem operandi; tamen in rebus diuinis, & virtus operandi, & ipsa operatio comunicatur, estque indiuidua operatio communis personis diuinis. Quare dum dicimus Patrem operari per Filium, intelligimus eadè operatione Filij, quã Pater ei dedit, Patrem etiam formalitèr operari. Cum ergo dicimus Patrem, & Filium diligere se ipsos Spiritu Sancto, non solum significamus dilectionem illorum comunicari Spiritui Sancto, si ita placet; sed necesse est etiã significari Patrem ipsum & Filium se se formalitèr diligere, diligere autem se Spiritu Sancto. Et ita redit quæstio redintegrata, quomodò hoc enunciatum accipiendum sit. Nec verò hic commentarius Præpositivi consentaneus est dictis Patrum, ut in confirmatione ostendemus.

Isthec sententia Præpositivi placet quibusdam Ioãnis Scoti sectatoribus. Nam Scotus arbitratur actum intelligèdi, aut diligendi non pertinere ad originem: quare cum dicimus Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto, exponunt non diligere se formalitèr; sed principiatiuè, hoc est, non indicari ibi dilectionem qua Pater, & Filius se diligunt, sed illam dilectionem qua Spiritus Sanctus illos diligit: quæ dilectio Spiritus Sancti, quia à Patre, & Filio accipitur, ipsi principiatiuè dicuntur se diligere, quia sunt princi-

**A** pium Spiritus Sancti diligentis. Quare sicut similitudo in pariete assimilat illi formalitèr alteri simili; qui verò facit parietem candidum facit similem effectiuè, non formalitèr: ita, inquit, Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto non formalitèr diligentes se, sed solum principiatiuè, hoc est, comunicantes dilectionem sui Spiritui Sancto. Quæ opinio consentanea est Scoto; sed longius distat à veritate. Et quidem qua parte consentit cum Præpositiuo satis est refutata; qua verò parte illo nititur fundamento, quòd actus diligendi formalitèr in Patre, & Filio existens non pertineat ad originem, cap. antecedentis parte priori la befacta est diruto fundamento. Præterea exemplum assimilandi quod afferunt, nul-

**B** lū est: nam etsi in operatione intelligibili inueniatur quòd Verbum declarat, siue representat rem formalitèr, & producens Verbum declarat effectiuè producendo illud representatiuum; tamen in operatione voluntatis non accommodatur exemplum; nam ipsa dilectio non diligit: ergo is qui producit dilectionem nõ per hoc diligit principiatiuè (ut aiunt) quia producat dilectionem diligentem; sicut qui producit Verbum declarat, quia producit declaratiuum. Dices nomen non

**C** esse inuentum quod significet illam relationem dilectionis ad res dilectas, sicut representare, siue declarare significat relationem intellectationis ad res intellectas; ipsa tamen dilectio habet hanc relationem ad res dilectas, ut Scotus obseruat. Huic rei equidem consentio: sed illud est consequens, ut Pater, & Filius non diligant se Spiritu Sancto. Nam nomen hoc diligendi non significat illam relationem, qua dilectio refertur ad res dilectas; sicut representare significat relationem ad res intellectas, qua Verbum refertur ad illas; ergo non facit propositio eum sensum, quem Scotus vult: ex eo enim quòd dilectio non vocatur diligens, consequens est, ut is qui producit dilectionem non idcirco dicatur diligens, quia producit diligentem: quo pacto qui producit verbum representatiuum, dicitur quoque representare. Et quidem in errato eodem simplicius opinatur Præpositiuus, qui explicat Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto, quia dilectio qua Spiritus Sanctus illos diligit, ab ipsis

**D** dem est.

Exemplū assimilandi,

Refellit hęc explicatio, ut hic & cap. 45.

Exemplū improbatum.

Verbum dicitur declarans, seu representans formalitèr.

Dilectio non dicitur diligens

Responsio.

Iuxta traditã cap. 14. præsertim p. 3. n. 15. & cap. 15. ut in verbo est relatio ad res intellectas, sic in dilectione dilectas.

Admissa responsione improbatio vrgetur.

Producens dilectionem nõ potest ex eodẽ dici diligens, quòd producat dilectionem, diligentem, cum dilectio nõ sit diligens, & nomẽ hoc, diligens, nõ significet relationem, ut nomẽ representans Propositio in titulo, posita non facit sensum quẽ Scotus vult.

In

6. explicatio, Præpositiu.

Improbatur 1. ut dissona Patribus.

Pater dat dilectionem Filio, & intellectationem Spiritui Sancto.

Refutatur 2. Pater, & Filius se se formalitèr diligunt Sp. Sancto: non verò solum ut Rex dicitur operari per vicarium operantem accepta ab rege auctoritate.

7. explic. similis præced. est.

Rad. cõt. 17.

Consentanea est doctrinæ Scoti de qua c. 45. p. 1. n. 2. Asserit Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto nõ formalitèr diligentes se, sed principiatiuè, quia sunt principium, Sp. Sancti diligentis.

8.

Assertum Scotistarum Verbum diligendi in thesi cotroversa significare mixtum ex essentiali, & notionali.

Impugnatur 1. de diligere etiam, ut sumitur, principiativè.

impugnatur 2. Verbum illud est simpliciter notionale. Ratio.

9.

Impugnatur 3.

Quartò efficitur. Sequitur personam dilectam posse æquè poni in casu ablativo ut productam.

10.

6. explic. *Alfiodor.* Ablativo casu indicari quasi formale causam.

Reijcitur. Spir. Sanctus non est causa, aut principium aliarum personarum.

In eo etiam maximè errant cum suo Præceptore, quòd existimant Verbum diligendi in thesi proposita non sumi, aut essentialitèr, aut notionalitèr, sed mixtè. Nam mixtum est quòd ex duobus est còstitutum. Quòd si illi credunt ibi non significari dilectionem essentialem, aut ipsam relationem dilectionis formalitèr; sed tantum principiativè; verbum diligendi non est mixtum, sed duntaxat significat productionem dilectionis; sicut assimilare parietem, duntaxat significat actionem assimilantis. Nec verò in verbo diligendi duplex significatio simul incise putanda est, quæ utraq; simul in ea propositione utamur, quòd esset portetum Dialecticum: Neque est dicendum verbum illud esse notionale, & essentialè simul; sed esse simpliciter notionale; eò quòd licèt significet operationem essentialè, tamen notionem simul siue proprietatem significat, & ita non est simpliciter essentialè: quo pacto potentia generatiua dicitur notionalis, cum tamen principalitèr sit ipsa essentia.

Si verò Ioannes Scotus credidit verbum diligendi in eo asserto principalitèr, & in recto significare operationem essentialè, & personalem simul; longè à vero abest. Nam præterquam quòd absque dubio æquiuocum esset nomen duplicis significationis: assertum illud falsissimè esset, quòd Pater & Filius diligant se Spiritu Sancto; nam & persona per dilectionem procedens significaretur dilecta, & ipsa personæ dilectæ significaretur producta; siquidè diligere æquè utrumq; significaret, & producere, & diligere: neque esset vlla ratio, quòd persona producta poneretur in casu ablativo, & dilecta in accusativo; sed hæc essent commista, & confusa. Necessè est ergo, ut dicamus alteram operationem in recto, alteram in obliquo (ut aiunt) indicari, & ut omninò euitemus illud asserere, quòd verbum diligendi significet quid mixtū ex essentiali, & personali.

Alfiodorèsis impingit in eum errorem, quem ceteri euitare contendimus; ait enim ablativo casu indicari quasi causam formalem. Ideò verò Doctores laborant in explicanda sententia, ne concedant Spiritum Sanctum vllò modo esse causam, siue principium Patri, aut Filio, ut diligant; haberent enim esse ab Spiritu Sancto, si eis esset dilectionis princi-

piam formale; nam & ipsa dilectio est esse diuinum.

Est igitur Hugo de Sancto Viè. qui proximus ad veritatem accedens ait indicari illo ablativo casu, quasi formalem effectum: cum tamen in Deo non sit effectus. Dicitur esset optimè, si explicaret significari terminum per operationem productum. Imò docet Patrem, & Filium diligere Spiritu Sancto se se ipsos, ut homo hominem, amore à se ipsis procedente, de qua re differit lib. 7. de Trinit. cap. 23. & epistola ad S. Bernardum.

Primò igitur obseruandum est, quòd intelligere diuinum aliquando meditatur ut essentialè duntaxat, quòd est commune tribus personis; aliquandò verò ut notionale, quæ est operatio prima notionalis potentie cum origine coniuncta, ut cap. antecedente docuimus: & hoc vocamus nomine proprio dicere, hoc est, intelligere proferendo verbum. Diligere quoque modò essentialè consideramus; modò verò notionale, quòd est diligere emittendo amorem: sed hoc diligere nullo nomine proprio vocamus, sed dicimus notionalè dilectionem, & notionalè diligere.

Si ergo sermo sit de dilectione essentiali, nullum sensum habet verum, quòd Pater, & Filius diligant se Spiritu Sancto. Nam dilectione essentiali non emittitur amor; Spiritus Sanctus verò est amor emissus. Quare non potest significari ablativo casu, quòd sit amor emissus per dilectionem essentialè, quatenus talis est, nisi ablativus casus ponatur tanquam absolutus, aut coniunctus, & non pertinens ad operationem diligendi, videlicet in hoc sensu, Pater & Filius diligunt se essentiali dilectione, simul emissio Spiritu Sancto. Sed tamen propositio non potest sic declarari, Diligunt se Spiritu Sancto, id est, Spiritu Sancto emissio, dum enim dicimus, Spiritu Sancto emissio, additur id quòd sensum orationis immutat, scilicet emissio Spiritu Sancto: nam, emissio Spiritu Sancto, indicat ablativum absolutum, ut aiunt grammatici; at verò, diligunt se Spiritu Sancto, indicat Spiritum Sanctum pertinere ad dilectionem Patris, & Filij, vel ut principium operandi, vel ut terminum. Et hoc quidè assertum, quòd Pater (de intellectu, & dilectione essentiali disputando) non intelligat Verbo; neque diligat Spiritu Sancto, frequens est Doctorum

11.

7. explic. *Hug. de S. V.* indicari quasi formalem effectum. Reijcitur. In Deo non est effectus.

12.

Obseru. Intelligere proferendo verbum est notionale, & vocatur dicere.

Sic diligere emittendo amorem, sed caret nomine proprio. r. conclusio. Thesis controversa si intelligatur de diligere essentiali, falsa est. Fundam.

In illa thesi non significatur ablativus absolutus, scilicet Spiritu Sancto emissio: sed Sp. Sanctum pertinere ad dilectionem Patris, & Filij, aut ut principium, aut ut terminum.

S. Thom.  
S. August.

etorum opinio cum S. Thom. 1. p. Imò cum S. August. lib. 15. de Trinit. cap. 7. his verbis, *Quis audet dicere Patrem nec se, nec Filium, nec Spiritum Sanctum diligere, nisi per Spiritum Sanctum?* Vbi S. August. de dilectione essentiali faciebat sermonem. Accipiebat etiam præpositionem, per, vt indicaret causam formalem dilectionis Paternæ; cuius dilectionis minimè est causa Spiritus Sanctus, cum ipse potius de dilectione Patris procedat. Et idem sensus est de dilectione essentiali, si dicamus Patrem se diligere Spiritu Sancto, vt iam explicauimus.

2. conclusio. Si ea thesis intelligatur diligere notionali, vera est, & propria.

Fundam. Hæc certa est, Pater dicit se & omnia Verbo.

S. August.

14. Pro 3. concl. 1. obseruand.

Potest res denominari à forma extrinseca.

S. Thom. 1. exemplum.

Secundum.

15. 2. obseru.

Causa vel medium operatio nis ponitur in casu ablatiuo,

Si verò diligere notionale sit, optimè atque propriè dicuntur Pater, & Filius diligere se Spiritu Sancto; & hoc diligere notionale est ipsa dilectio essentialis addita relatione, quæ sic est prima operatio notionalis potentia, vt antea docuimus. Assertio autem probatur, quoniam Pater dicit se, & omnia Verbo, vt auctor est S. Augustinus, & omnes Doctores consentiunt; dicere autem se est se intelligere, quod est essentialis, Verbum producendo quod est personale: sed diligere notionale est similiter diligere essentialis emittendo amorè, quod est notionale; ergo omninò est eadem ratio de vtroque, scilicet vt Pater Verbo dicat, & Spiritu Sancto diligat; quo argumento vel contumaces videntur posse conuinci.

Assignanda est ergo ratio asserti huius, quòd diligant se Spiritu Sancto; satis enim credimus veritatem asserti, sic rebus explicatis, constare. Estque animus aduertendus, quòd forma est quæ dat nomen rebus, dat enim esse illis; nominamus autem res ab eo; quod sunt; forma est ergo quæ dat nomen sicut & dat esse. Ceterum non omninò necesse est, vt forma quæ dat nomen, insit in re ipsa, cui dat nomen, vt S. Thom. 1. p. q. 27. art. 2. obseruat: actio enim non est in agente, à qua tamè agens habet nomen; dicitur enim actione agens: & sunt formæ specificantes (vt aiunt) quæ externæ sunt, & dant speciem nomenque rebus, vt obiecta scientiarum.

Deindè aduertendum est, quòd terminus productus per operationem intellectus, & voluntatis, est medium inter potentiam, & obiectum; medium autem per quod operamur dat nomen operan-

**A** ti: verbo enim cognoscimus; non quia sit principium cognitionis, vt diximus, sed quia est medium: causa autem vel mediū ponitur in ablatiuo casu. Intelligimus ergo verbo non tanquam causa operationis, sed quia medio verbo intelligimus. Et eodè pacto aiunt quidam, quòd Pater intelligit Verbo; seu potius dicit Verbo. Et ita videtur quòd Pater, & Filius diligant se Spiritu Sancto, eò quòd sit medius inter vtrumque, quatenus est terminus per dilectionem productus, mediusq; inter diligentem, & rem dilectam, quod statim tractabimus.

**B** Atqui non indoctè dixerunt aliqui, in rebus creatis illum terminum operationis, qui non est vltimus terminus, in casu ablatiuo denominare necessariò operantem; quia cum non sit terminus vltimus, consequens est vt sit medius; terminus enim non vltimus est quasi via, quare oportet vt sit quid medium: ædificator ergo ædificat, nò ædificio quod est vltimū; sed fundamento, & parietibus ædificat ædificium: & qui dealbat parietem, non dealbat albo, sed albore dealbat; album enim est terminus vltimus; albor verò quasi medius. Eodem ergo pacto aiunt, quia terminus intellectio nis est terminus quidè, sed medius inter potentiam, & obiectum, dicimur intelligere non solum intellectio ne, sed etiam verbo, qui est terminus productus per intellectio nem. Rectè hæc quidè: neque enim terminus vltimus in ablatiuo casu necessariò ponitur; non enim dicimus aliquem ædificare ædificio, sed ædificium ædificare; & verè etiam dicimus nos intelligere verbo, quasi medio; non autem obiecto intelligere. Et hoc idem videtur sentire Thomas Caiet. q. 37. art. 1. in responsio ne ad tertium argumentum Scoti, licèt antea obscuram, & non satis constantem expositionem tradiderit.

**C** Sed contra hanc doctrinam obstat illud quod docuimus, & sæpius inculcavimus, inter intellectio nem diuinam, & re intellectam Verbum non esse medium, & similiter inter dilectionem, & rem dilectam Amor procedens qui est Spiritus Sanctus, non est medium; ergo neque Pater dicit Verbo vt medio, neque diligit Spiritu Sancto vt medio.

**D** Nihilominus hæc ratio explicandi nobis placet; vnde ad argumentum respondetur, primam operationem notionalem

& in eo denominat operantem.

3. conclusio. Pater, & Filius diligunt se Sp. Sancto vt termino per dilectionem producto, medioque inter diligentem, & rem dilectam.

Declaratur. In rebus creatis terminus operationis qui non est vltimus, & est via denominans operantem.

1. exemplum.

Secundum.

Tertium.

Dicimur intelligere non solum intellectio ne, sed etiam Verbo.

Terminus vltimus non ponitur necessariò in ablatiuo casu.

Exempla eadè

Caiet.

17. 1. obiectio, vt c. 45. p. 2. n. 9.

Responsio ibidi n. 10.

quæ

quæ est essentialis coniuncta cum origine, copulati cum suo obiecto dupliciter; verbi gratia, intellectio divina, ut est essentialis operatio, coniungitur rei intellectæ sine medio; quatenus verò est actus de quo Verbum procedit, coniungitur cum obiecto medio Verbo. Et ratio est, quoniam ipsum Verbum est quidam actus ad intellectum pertinens, & cum obiecto coniunctus: unde S. Thom. probat Verbum divinum ex propria ratione esse Deum, quoniam est ipsa res intellecta; hæc enim vnitas Verbi cum obiecto quod est essentia, comprobatur Verbum esse Deum: igitur intellectio quatenus de illa procedit Verbum, per ipsum Verbum medium cum obiecto coniungitur. Quòd autem per Verbum medium coniungatur cum obiecto, est ex fecunditate intellectationis, & nõ euenit ex imperfectione eius; quia Verbum Deo non est necessarium ad intelligendum: & ita intellectio divina, ut intellectio est, sine Verbo medio attingit obiectum, sed ut est dictio, propter fecunditatem, attingit idem obiectum medio Verbo. Quòd non imminuit, sed amplificat perfectionem intellectationis; neque indicat Verbum esse Patri causam intelligendi, sed esse productum de infinita intellectatione Patris. Et idem est de dilectione: dicendum: at verò nos intelligimus verbo, quia etsi verbum non sit intellectationis principium; est tamè forma intelligentis, in nobis necessaria ex parte termini; & ita est medium inter intellectationem nostram, & rem intellectam, ut antea enarrauimus: & hoc ipsum est quòd de Deo Optimo negamus.

Cum verò dicimus Spiritum Sanctum origine esse medium inter dilectionem, & rem dilectam; non intelligimus esse personam mediã inter Patrem, & Filiũ, quòd est impossibile; sed ratione essentiali, quatenus est amor, & medius amor sine nexus Patris, & Filij, ut postea explicabimus. Itaque ista persona procedens est media ordine actuum cum obiecto, sed non est media ordine personarum.

Ex quibus vtrumque assertum verum esse demonstratur, & quòd Pater non intelligat Verbo, quia Verbum non est medium inter intellectationem, & obiectum; & quòd Pater Verbo dicat, quia inter dicere quòd est intelligendo pro-

A ducere, & rem intellectam, ordine originis medium est Verbum.

At verò S. Thom. longè eminentiori sensu hanc propositionem declarauit, scilicet Spiritum Sanctum poni ibi in casu ablatiuo, ut terminum productum, qui sit de intellectu ipsius operationis, ad hunc sensum; quòd non solum operatio, sed res operata fit operantis: omnis enim terminus est quidem de intellectu operationis; sed non ea ratione qua operatio est operantis, ita ut & terminus operantis sit; hoc enim accidit in solis terminis operationum immanentium, de quibus S. Thom. loquebatur; idè que excogitauit exemplum in naturalibus, in quo

B alijs à se productis, scilicet à floribus, quæ tamen manent in ipsa; tamdiu enim floret arbor floribus, quamdiu sunt flores in arbore; arbor enim dicitur florere floribus, eò quòd non solum floritio est arboris operatio, sed flores sunt etiam arboris florentis. Similiter intellectio, & verbum vtrumque est intelligentis, & dilectio, & amor diligentis; intelligens ergo intelligit verbo non solum ut medio intelligendi, sed ut termino operationis, qui est in ipso operante: maxime quia intelligere, ut est quid perfectum, & completum, in sui ratione integra ipsum

C verbum, quòd est terminus operationis, complectitur; & diligere ipsum amorem, ut antea docuimus. Pater ergo & Filius non solum diligunt dilectione, quam scilicet habent, sed etiam diligunt Spiritu Sancto, quem habent; non ut significetur Spiritus Sanctus, tanquam medium dilectionis, sed tanquam terminus; & ad eum modum quo arbor floret floribus, quia flores ipsos habet; & hoc est florere, scilicet ita flores emittere, ut floribus ornata sit; ita Pater, & Filius ita diligunt dilectione notionali, ut Spiritum Sanctum habeant communem, quo se diligunt; nõ ut medio diligendi, aut formali principio, sed ut termino dilectionis, sicut arbor floret floribus.

D Verum est quòd S. Thom. responsione ad 2. dixit hoc idem obscurius. Cum enim obijceret sibi quòd Pater, & Filius spirant Spiritu Sancto, sicut diligunt Spiritu Sancto. Respondet agens non nominari ab effectu producto, nisi in intellectu actionis importetur de terminatus effectus; at verò ipsa actione spirandi

mod T. 2  
2. 2. 2  
4. conclusio  
ex S. Thom.  
Pater, & Filius diligunt se nõ solum dilectione, sed Spiritu Sancto, ut termino manente in ipsis,

S. Thomæ exemplum.

Arbor dicitur florere floribus, eò quòd non solum floritio sed flores etiam sũt arboris florentis.

Sic Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto, non ut medio diligendi, aut formali principio, sed ut termino dilectionis immanente.

22.  
Idem contra 2. conclusionem

Eius responsio

Verbum est actus ad intellectum pertinens, & eum obiecto coniunctus

S. Thomæ arg. probans Verbum ex propria ratione esse Deum, ut supra cap. 13. n. 5. & 6. & c. 14. p. 2. n. 6. & p. 3. n. 10.

Intellectio diuina, ut intellectio est, sine Verbo medio attingit obiectum: at ut dictio est, propter fecunditatem attingit illud medio Verbo, ut cap. 45. p. 2. n. 10.

Nos intelligimus medio verbo ex indigentia,

19. 2. obiectio.

Occurritur.

3. persona est media ordine actuum cum obiecto.

20. Cõsecratium. Pater non intelligit Verbo: sed dicit Verbo.

maxi

Explicanda est iuxta 4. conclusionem, & exemplum.

Florere nō est agere, aut producere, sed est habere flores a se emissos,

Filius Patris est, & in Patre; Spir. Sanctus est utriusque, & in utroque. Item Pater habet Verbū, scilicet origine. Sic Pater, & Verbū habent Spir. Sanctū.

S. Hieron.

23. Pater dicit se & omnia Verbo.

S. August.

S. Anselm.

maximè indicatur determinatus terminus, scilicet Spiritus Sanctus, & actione generandi importatur Filius. Non igitur intellexit S. Thom. hoc modo effectum determinatum contineri in conceptu actionis; sed tunc cum ipse effectus pertinet ad agens, ut & actio pertinet, ita ut effectus sit agentis, sicut & actio. Hoc autem aliquando accidit propter modum significandi duntaxat, ut florere non est agere, aut producere, sed est habere flores productos: & ita significatur productio, ut flores qui sunt effectus, pertineant ad ipsum agens: arbor enim floret floribus. At verò in operatione intellectus, & voluntatis significatur ipsa actio intelligendi simul cum termino, ita ut terminus ipse sit operantis. Et in nobis quidem terminus productus est forma; in Deo autem et si terminus productus, scilicet Verbum, & Amor non sit forma operantis, est tamē fetus, aut quasi fructus operantis, in ipso manens; quia Filius Patris est, & in Patre; & Spiritus Sanctus est Patris, & Filij, & in utroque. Et cum omni obseruantia loquutionis Pater habet Verbū; habet, inquam, origine. Et hoc ipsum verbis iisdem docet S. Hieronymus de Spiritu Sancto Psalm. 17. quod scilicet Spiritus Sanctus est dilectio, quam habet Pater in Filium; quod in confirmatione explicabitur de Amore procedente, quem S. Hieron. vocat dilectionem: Pater ergo habet Amorem a se procedentem. Et ad hæc est exemplum arboris florentis accommodatum; nam et si flores re ipsa distinguantur ab arbore, & sint diuersæ forsan hypostases, ut fetus, nihilominus arbor floret floribus productis.

Confirmatio.

Quod Pater & Filius diligant se Spiritu Sancto comprobatur simili enunciato, quod facile omnes concedunt; Pater enim dicit se & omnia Verbo. Hoc affirmat S. August. lib. 7. de Trinitate, cap. 1. & 2. & 15. de Trinit. cap. 14. Et quidem cap. 1. libri 7. satis planè his verbis, *Verbo enim, quod genuit, dicens est; non Verbo quod profertur, & sonat.* Dicit ergo Pater se & omnia Verbo genito. Et idem docet S. Anselm. Monolog. cap. 30. neque vllus refragatur: sed eodem sensu aimus Patrem, & Filium

**A** diligere se Spiritu Sancto; ergo & hoc concedendum est. Quod ipsum confirmamus auctoritate S. Augustini, qui nostræ sententiæ auctor est 6. de Trinit. cap. 5. *Manifestum est (inquit) quod non aliquis duorum est, quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligitur, genitoremq. suum diligit.* Quæ verba minimè consentiunt cum explicatione Scotistarum. Per eum verò qui duos coniungit, & neuter est duorum, Spiritum Sanctum intelligit, quo genitus diligitur a gignente, & genitorem diligit. Et libr. 15. cap. 17. ait, *Spiritus Sanctus secundum scripturas nec Patris Filius est, nec Filij Filius, sed amborum; & ideo communem, qua inuicem se diligunt Pater, & Filius, nobis insinuat charitatem.* Charitatem autem eo loco ipsum Spiritum Sanctum vocat; quod autem ait, inuicem, indicat Patrem, & Filium se se formalitèr diligentes, contra Scotum. Et clariùs cap. 19. *Si charitas (inquit) qua Pater diligit Filium, & Patrem diligit Filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborū; quid conuenientius, quam ut illè dicatur propriè charitas, qui spiritus est communis amborum?* Vocat ergo Spiritum Sanctum charitatem procedentem qua Pater, & Filius se diligant. Id verò verosimile non est quod aliqui dicunt S. Augustinum retractasse hanc sententiam in alia simili, eò quod 1. libr. retract. cap. 26. retractauit quod dixit lib. 83. questionum q. 23. Pater est sapiens scientiā genitā; tum quia vna alteri sententia valdè dissimilis est, ut notat S. Thomas 1. sentent. d. 32. q. 1. art. 1. ad r. nomen quippè sapientis solam diuinam essentiam significat, & non actum notionalem; ideoque quod Pater sit sapiens scientiā genitā, non facit sensum, quod sapientia sit terminus operationis, sed quod sit forma, & perfectio sapientis, dans esse illi: tum etiam quia Sanctus Augustinus solet retractare dicta sua verbis admodum expressis: tum vel maximè, quia in eisdem libris de Trinitate, libro scilicet 1. initio statim, doctissimè disputat quod Pater non sit sapiens scientiā genitā; quod idem facit libro decimo quinto, capite 17. ergo cum postea affirmet Patrem Filium diligere Spiritu Sancto, absque dubio alium sensum propositionis esse existimauit.

Sic diligunt se Spiritu Sancto formalitèr. S. August. 1. locus.

Secundus.

Tertius.

Affertū contra Gotfredum. S. August. non retractauit eā thesim.

Probatur 1. ex S. Thom. Nomen sapientis, non significat actū notionale, ut nomen diligenti.

Probatur 2.

Probatur 3. ex S. Aug.

24.  
S. Hieron.

Præter S. Augustinum testis nobis est S. Hieronymus Psalm. 17. *Spiritus Sanctus, nec Pater est, nec Filius, sed dilectio quam habet Pater in Filium, & Filius in Patrem.* Neque potest loqui S. Hieronymus de dilectione essentiali; vult quippè distinguere Spiritum Sanctum à Patre, & Filio; per hæc ergo distinguit, quia est dilectio procedens; nomina enim hæc à Verbo ducta pro termino operationis accipiuntur; scilicet pro ipso Amore procedente.

25.  
S. Bernard.

Sanctus quòque Bernard. sermon. 8. in Cantic. & de Amore Dei cap. 7. *Amas te (inquit) amabilis Domine, cum à Patre, & Filio procedit Spiritus Sanctus Amor Patris ad Filium, & Filij ad Patrem.* Quòd autem Spiritus Sanctus sit Amor Patris in Filium explicat S. Thomas in 1. dist. 10. q. 1. artic. 2. non quòd sit principium diligendi Patri, aut Filio, sed dilectionis terminus. Quare idem est sensus cum dicitur, Amor Patris in Filium, ac si dicas, Amor quo Pater Filium diligit. Eodem loquendi modo

Amor Patris in Filium, id est, quo Pater Filium diligit. S. Thom.

Guitmund.

Guitmundus Episcopus Auerf. libr. de Trinitate, à Patre (inquit) procedit Amor ad Filium, & à Filio procedit ad Patrem suum. Idem docet Richard. à S. Victore in libr. quòd Pater, & Filius sunt principium Spiritus Sancti. Et Hugo quoque à S. Victore opusculo 21. prima parte operis; & epistola ad Sanctum Bernardum de processione Spiritus Sancti, sic ait, *Si tu diceris amare te amore cordis tui, cur non etiam rectè dicantur Pater, & Filius amare se amore cordis sui, qui est Spiritus Sanctus?* Arquè dum Patres Spiritum Sanctum appellant nexum Patris, & Filij; & S. August. 1. de Trinit. cap. 5. suavitatem Patris, & Filij, & similibus nominibus, quæ sunt amoris attributa, non obscure indicant Spiritum Sanctum esse Amorem Patris, & Filij, quo se se diligunt. Eandemque opinionem S. Thom. studiosè explicat; ac tenet 3. contra gent. & 1. p. & in sententijs. Cum quo etiam concordant S. Bonavent. dist. 32. q. 1. Richardus, & Thomas Argent. quæst. eadem, Michael Palatius disput. 1. & Henric. Gandau. in summa art. 6. q. 7. Dionys. Carthus. d. 32. q. 1. plurimos recitat Doctores: neque etiam Ioannes Scotus dissentit, licet improbet rationem explicandi, qua S. Thomas nititur, vt dicemus cap. sequenti;

A Patribus Spir. Sanctus dicitur nexus Patris, & Filij. à S. August. dicitur suauitas Patris, & Filij.

S. Thom.  
S. Bonauent.  
Richard.  
Argent.  
Palatius.  
Gandau.  
Carthus.  
Scot. sola explicatione dissentit.

A Et cum plerisque Bartholom. Torres idè sequitur; cuius animi moderationem, ac sapientiam hoc loco iure esse commendatam volumus, qui cū fateatur se vinci argumentorum difficultate, tamen à S. August. & à S. Thoma dissidere crimen exultimat: quod egit quoque longè antiquius ipse Magister sentent. ea in re, quam sibi ipse videtur non explicare, Sancti Augustini sententiam sequutus.

Magist. similiter.

CAPVT XLVII.

Argumenta refelluntur.

B

Contra, vt moris est, arguimus. Idè est diligere per Spiritum Sanctum, & diligere Spiritu Sancto; sed Pater non diligit per Spiritum Sanctum; ait enim Sanctus Augustinus 15. de Trinitate, cap. 7. *Quis audeat dicere Patrem neque se, neque Filium, neque Spiritum Sanctum intelligere, nisi per Filium, vel diligere, nisi per Spiritum Sanctum:* ergo neque Spiritu Sancto diligit; siquidem per Spiritum Sanctum non diligit.

1. argum.

S. August.

C

Secundò arguit Durandus: Actus notionalis, cum significet originem, fertur in personam productam per originem: impossibile autem est, quòd Filius diligendo Patrem, ipsum producat; aut Pater se diligens, se ipsum producat: ergo intelligi non potest, quòd actu notionali Filius diligit Patrem.

2. arguit Durand.

Richard.  
Hug. de S. V.

Tertiò arguit Ioannes Scotus dist. 32. quæstione 2. contra rationem Sancti Thomæ: *Ædificator non ædificat ædificio; sed ædificium est terminus operationis ipsi tribuens nomen; ergo terminus operationis non debet poni in ablatiuo casu, vt Sanctus Thomas ait. Et confirmatur, quia spirare indicat Spiritum Sanctum, vt terminum productum; & tamen Pater non spirat Spiritu Sancto: ergo terminus, qui clauditur in conceptu actionis, non ponitur in casu ablatiuo.* Quartò: Quando verbum actiuum transit in rem productam, res producta ponitur in casu accusatiuo; verbi gratia, equus generat equum, non generat equo; sed verbum diligendi est actiuum, & ex sententia Sancti Thomæ transit in terminum productum: ergo Pater in hoc sensu non diligit Spiritu Sancto, sed

3. arguit Scotus.

Confirmat.

4. argum.



Confirm.

sed diligit Spiritum Sanctum, hoc est, producit illum. Et confirmatur, quia Doctor Sanctus ait hanc propositionem esse veram, quia diligere significat spirare amorem; igitur cum diligere, & spirare idem significant, eodem modo dicendum est Patrem diligere Spiritum Sanctum: sicut & spirare Spiritum Sanctum.

5. arguit Aureol.

Quintò arguit Aureolus, Florere est habere flores, sicut calere est habere calorem; florere igitur floribus non indicat terminum productum, vt S. Thomas docet. Et confirmatur, quia florere est verbum neutrum, quod non potest significare actionem.

Confirm.

6. arguit Torres.

Sextò obijcit Bartholomæus Torres. Diligere ex prima institutione non significat originem, sed actum essentialem, qua quidem significatione Pater, & Filius dicuntur se diligere; ergo cum dicuntur se diligere Spiritu Sancto, oportet maneat significatio eadem; vel sanè æquiuocum nomen est ex secunda institutione, aliud significans; quæ tamen institutio auctoritate, aut vsu non constat.

Confirm.

7. S. Thome locus explicatur.

*Aduertenda.*

**E**Xplicanda nobis sunt verba S. Thomæ 1. p. q. 37. artic. 2. ad 2. quibus ipsi Doctori quidam faciunt calumniam. *Diligere* (inquit) *prout notionaliter sumitur, est producere amorem. Et idè potest dici quòd Pater diligit Filium Spiritu Sancto, tanquam personà procedente.* Eodem loco ait, quòd, *dicere sit producere verbum.* Sed commemorandū est quod superius docuimus duos esse actus potentie notionalis, primum esse operationem essentialem cum origine coniunctam; secundum esse ipsam originem cum operatione essentiali antecedente copulatam: & vterque actus significatur verbò dicendi. Nam cum verbum dicere comparatur cū obiecto, significat intelligere in recto, & in obliquo producere verbum. Cum verò comparatur cum verbo producto, significat productionem in recto, & intellectionem in obliquo. Itaque vel intelligimus producendo verbum, & hoc est dicere rem; vel intelligendo producimus verbum; & hoc est dicere verbum; & licet in rebus creatis, dicere, eodem conceptu possit

Dicere comparatum cū obiecto, significat actum primum notionalē in recto: actū secundum in obliquo. Comparatum cū verbo producto, vice versa. Dicere creatū est nomen vniuocum.

**A** referri vel ad res cognitās, vel ad verbū productum, vt sit nomen vniuocum, quia intelligere ipsum est producere verbum, quod antea docuimus: tamen in Deo significat aliquandò intellectionem, aliquandò verò originem, certè non eodem conceptu, & est nomen æquiuocū. At verò hoc loco accipitur in priori significatione, vt in recto indicat intellectionem essentialē, addita origine in obliquo. Quod comprobatur verbis S. Thomæ eadem responsione ad 2. vbi docet quòd Pater non spirat Spiritu Sancto; quia spirare indicat solam originem, insinuans haud dubiè tunc Spiritū Sanctum poni in casu ablatiuo, quando indicatur dilectio essentialis in recto, & non sola origo. Et confirmatur, quia diligere etiam notionaliter non significat spirare; sed significat actum diligendi simul spirando in obliquo. Eodem igitur modo in hac enunciatione, Pater dicit Verbo, dicere significat actum intelligendi producendo Verbum. Et cum ait diligere esse notionale, sicut dicere, aut generare; duorum exemplorum accipiamus alterum, scilicet, quòd diligere est notionale, vt dicere; vt dicere, inquam, priori usurpatione, quod significat intelligere producendo Verbum.

Dicere diuinū est æquiuocū.

Hic sumitur comparatū cū obiecto.

Probatur ex S. Thom.

Confirm.

**C** Eodem modo Sanctus Thomas asserit verbum florendi, indicare actionem, quia eam indicat in obliquo: nam florere in recto est habere flores; neque enim florere est producere, quicquid velit Thomas Caiet. non quòd verbum neutrum non possit significare actionem, vt vult Ioannes Scotus, & Aureolus, nam verba neutra sunt passiuæ significationis, vt vapulat, venit; ergo & actiuæ significationis possunt esse verba neutra; hoc enim pendet ab hominum institutione; sed ex ipsa consuetudine explicandi, florere est floridum esse; quod non significat actionem, indicat tamen illam in obliquo; quia ea quæ ornantur floribus non florent; sed quæ flores emittunt, dicuntur florere, quod rectè Caietanus testatur. Et ita hoc verbo florendi, indicatur actio, & terminus actionis, ita vt rectè ponatur in casu ablatiuo: terranus productus: verbis autem dicendi, & diligendi indicatur ipsa actio in recto, ita vt rectè ponatur in casu ablatiuo, vt capite antecedente diximus.

8. S. Thome exemplum expenditur.

Cōtra Caiet. Florere significat in recto flores habere. Scoti, et Aureolus ratio nulla.

Vera ratio.

Indicat in obliquo actionem emittendi flores.

At dicere, & diligere eo loco significant actionem in recto.

Responsio.

9. Ad 1. arg. Respo. d. 1. negando hac, Pater diligit Filium per Spiritum Sanctum. Ratio.

Respond. 2. eam concedendo in sensu in dicente causam denominationis tantum.

S. Thom.

S. August. ea non negavit. Magister.

10. Ad 2. arg. Actus notionalis secundus fertur in personam productam in accusativo: primus in obiectum, & sic reflectitur in principium.

11. Ad 3. arg.

Ad confirm. S. Thom.

**A**D primum ergo respondetur, Patrem non diligere Filium per Spiritum Sanctum; quia prepositio, per, significat causam, vel principium, & ita significatur quod Spiritus Sanctus sit principium vel causa Patri, ut diligit. Potest tamen concedi ad hunc sensum, quod Spiritus Sanctus sit causa denominationis duntaxat; & ita Pater diligit Filium per Spiritum Sanctum, hoc est, per Spiritum Sanctum, tanquam per terminum dilectionis nominatur diligens; is enim qui amorem habet amans est. Pater igitur per amorem suum productum nominatur amans: & ita concedit hoc S. Thom. in 1. d. 32. q. 1. art. 1. ad 1. Absolutè verò dicitur diligere Spiritu Sancto, quia non semper ablativo casu significatur causa, sed quandoque terminus operationis, ut diximus. Negamus ergo quod idem sit diligere per Spiritum Sanctum, & diligere Spiritu Sancto. At verò S. Augustinus, ut notavit Magister in 1. d. 10. non negavit absolutè quod Pater per Spiritum Sanctum diligeret Filium, sed negavit quod Pater tantummodo per Spiritum Sanctum diligeret, quasi ipse Pater non habeat dilectionem essentialem qua diligit, sed formalitèr diligit per personam Spiritus Sancti, & non per se ipsum, & essentiam suam.

Ad secundum respondetur, quod actus notionalis, qui in recto, & principalitèr significat originem, fertur in personam productam: actus verò notionalis, qui significat operationem essentialem pertinentem ad obiectum, & simul originem ad terminum productum, quasi in obliquo, fertur in obiectum quod ponitur in casu accusandi, & terminus productus ponitur in casu ablativo: ideòque dicimur intelligere verbo, & Pater divinus omnia quæ intelligit dicit Verbo suo, ut omnes concedunt, dicere autem actus notionalis est Patris solius.

Ad tertium respondetur, quod S. Thom. non affirmat omnem terminum productum poni in casu ablativo, sed eum qui est de intellectu operationis, quique nominat ipsum operantem, quod antea explicatum est. Ad confirmationem similiter respondetur cum S. Thoma ad 2. quod spirare, quia significat so-

**A**lam originem, postulat terminum productum in casu accusativo; diligere verò ut est notionale significat ipsam dilectionem in recto, quæ fertur in rem dilectam, & in obliquo indicat terminum productum in casu ablativo: neque fuit tam crassæ mentis S. Doctor, ut non adverteret hoc argumentum quod sibi ipse proponit; quo adversarij triumphant.

**B** Ad quartum respondetur, verbum actuum significatione transire in obiectum, etsi actione non producat obiectum; verbi gratia, actu dicendi producit non res intellecta, sed verbum; & tamen actus dicendi transit significatione sua in obiectum, & illud ponitur in accusandi casu; sic enim dicimus res intellectas verbo producto: & modo eodem, Pater diligit Filium, vel se Spiritu Sancto, tanquam amore producto. Negamus ergo antecedens, quod verbum actuum semper transeat in rem productam; nam ex modo significandi transit aliquando in obiectum, ut in exemplis liquet.

**C** Ad confirmationem respondetur, quod Doctor Sanctus non vult, quod diligere notionale sit producere, ita ut hoc indicet principalitèr, & in recto; sed explicandus est, quod significet producere, indicando hoc in obliquo, ut in advertendis comprobavimus.

Ad quintum respondetur, quod florere non est habere flores utcumque, sed habere flores emisso ab ipso habente flores, & ita significatur terminus operationis, ut res quæ habetur ab ipso operante. Et ad sensum eundem Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto, quem habent per dilectionem à se ipsis productum; significatur enim non solum quod habeant dilectionem, sed quod habeant etiam amorem à se productum per ipsam dilectionem.

**D** Ad confirmationem respondetur, nullam esse consequentiam, quia est verbum neutrum, ut non significet actionem. Diximus etiam in notatis hoc verbum non significare actionem in recto.

Ad ultimum respondetur concedendo quod diligere non significat originem, sed solam dilectionem essentialem; at tamen ex adiunctis indicatur etiam origo: cum enim dicimus, Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto, quia dilectio in Patre, & Filio est operatio notionalis potentia, scilicet voluntatis, quæ in Patre, &

Notandum.

12. Ad 4. arg. Verbum actuum aliquando transit significatione in obiectum, etsi hoc actione non sit productum.

Ad confirm.

13. Ad 5. arg.

Ad confirm. Respond. 1.

Secundo.

14. Ad ultimum. In eathesi controuersa per diligere, origo non significatur, sed indicatur ex adiunctis.

tre, & Filio est spiratiua; adiuncto termino operationis in casu ablatiuo, planè significatur origo, qua Spiritus Sanctus vtriusque diligentis est terminus productus; & ita non est necesse quòd significatio verbi, diligere, mutetur: sicut cum dicitur, Spiritus Sanctus est amor Patris in Filium, significatur etiam origo qua Spiritus Sanctus à Patre procedit, nominibus nihil significatione mutatis. At verò S. Thom. non ait verbum diligendi esse æquiuocum, sed asserit modò notionale, modò essenziale esse: significatione quidè essentielle, sed vsurpatione etiã notionale. Quòd si mauis respondere esse æquiuocum, ita vt significet dilectionem in recto, & originem in obliquo, sicut dicere significat intellectionem in recto, & productionem verbi in obliquo; poterit quoque responderi adiectam esse huic verbo istam significationem auctoritate S. Augustini, & Patrum, ac Doctorum.

CAPVT XLVIII.

*Pater diligit se, & omnia Spiritu Sancto, & in Spiritu Sancto.*

**C** Aput habet partes duas. Prior pars. *Pater, & Filius diligunt se in Spiritu Sancto.* Posterior pars. *Pater, & Filius diligunt res creatas Spiritu Sancto, siue in Spiritu Sancto.*

PRIOR PARS.

*Pater, & Filius diligunt se in Spiritu Sancto.*

**C** Irca propositionem antecedenti capite definitam, quòd Pater, & Filius diligant se Spiritu Sancto, quatenus nomen diligendi importat originem, Durandus, & Ioannes Scotus coarguunt S. Thomam eò quòd actus originis nõ reflectatur ad principium: neque enim potest intelligi quòd Pater producat se Spiritu Sancto; ergo si diligere importat originem, siue productionem, Pater non diligit se Spiritu Sancto. Atquã iam declaratum est, quòd verbum hoc in recto significat dilectionem essentialem, quæ in principium reflectitur; ipse enim qui intelligit, se ipsum probè intelligit. Neque his opus est aliquid amplius adijcere.

Verbum diligere est significatione essenziale, sed vsurpatione notionale.

Dur. & Sco. refutati proxime.

**A** re, vt intelligamus id quod est facile intellectu, non solum Patrem diligere Filium Spiritu Sancto, sed se ipsum diligere Spiritu Sancto, nec non & Spiritum Sanctum Spiritu Sancto diligere.

**B** Sed alia nunc quæstio agitanda est, vtùm Pater se & alias diuinas personas diligat in Spiritu Sancto: nam diligere in Spiritu Sancto non est diligere Spiritu Sancto producto; praepositio enim, in, alium sensum indicat. Videtur autem significare quòd Spiritus Sanctus sit ratio diligendi, vel quasi medium formale in quo Pater, & Filius diligant, sicut & in rebus creatis dicimus: & est consequens, quòd Spiritus Sanctus sit principium formale Patris, aut Filij. Quod modis omnibus viro Catholico est recusandum.

**C** Quidam sunt, qui hanc partem negantem sequuntur: & idcirco illud dictum S. August. 15. de Trinitate cap. 14. quòd Pater nouit omnia in Filio, interpretantur, Patrem scilicet intelligere omnia in Verbo ad hunc sensum; non quòd Verbum sit ratio intelligendi in illa intellectione qua Pater intelligit, consequens enim esset, vt Verbum esset forma, & perfectio paternæ intellectionis; sed ideò duntaxat Patrem intelligere omnia in Verbo, quia intelligit in ipso Verbo esse omnia intelligibilia, & hoc significari isto enunciato. Et hic commentarius non videtur esse alienus à mente Sancti Augustini eo loco, ait enim Patrem intelligere in Filio, tanquam Verbum suum; ergo intelligere in Verbo, est intelligere ipsum Verbum.

**D** Sed tamen hanc expositionem quòd Pater intelligat in Verbo, hoc est, quòd intelligat omnia esse in Verbo, certum est non quadrare in alteram enunciationem, quòd Pater diligat in Spiritu Sancto. Neque enim est sensus, quòd Pater intelligat omnia esse in Spiritu Sancto; diligere enim in Spiritu Sancto, non est intelligere, quæ sunt in illo: neque diligere in Spiritu Sancto est diligere omnia esse in illo: hæc enim absurda sunt, & inepta. Nec verò intelligere in Verbo est intelligere Verbum, quod videntur sonare verba ipsa S. Augustini, quæ postea explicabimus. Alius ergo sensus propositionis inuestigandus est, de eoque iudicandum.

Quæst. de the. si. trinit.

Ratio dubit.

3. Pars neg. Huius interpretat. ad illud S. August. Pater nouit omnia in Filio.

Id est, inquit, intelligit omnia intelligibilia esse in Filio.

4. Improbatur vt impertinens ad thesim tituli.

Ratio. Diligere in Spiritu Sancto non est intelligere, aut diligere omnia esse in illo.

5.  
Pro assert. re-  
colenda doctri-  
na cap. 14, p. 1.  
n. 9.

Item ibidem  
p. 2. & 3. & c. 15

Itē c. 15. n. 24.

Item cap. 7.

6.  
1. assertum cō-  
fectarium.

Vt Pater dici-  
tur operari om-  
nia in Verbo,  
Verbo, & per  
Verbū: ita in  
Spiritu Sancto,  
Spiritu Sancto,  
& per Sp. Sanctum.  
Probatur.

Omnia sunt  
diligibilia in  
Spiritu Sancto;  
sicut intelligi-  
bilia in Ver-  
bo.  
Confirm.

7.  
2. assert. conse-  
ctarium.  
1. improbat  
dicta interpre-  
tatio, vt falsa.  
Ratio.

2. ponitur ve-  
ra interpret.  
Pater intelli-  
git in Verbo vt  
in ratione for-  
mali intelli-  
gibilem.  
Ostenditur ex  
concessis.

Pro huius rei notione, & intelligentia oportet animo repetere, quæ supra docuimus de formali ratione Verbi diuini, quod scilicet esse intelligibile sit quid essentiale, quod Verbo diuino formaliter cognito conveniat. Docuimus etiā hoc esse intelligibile esse formalem terminum generationis Verbi. Præterea ostendimus Spiritum Sanctum continere esse quoddam diligibile in suo formali conceptu, quatenus est terminus operationis diligendi. Præterea obseruauimus rem dilectam esse in amore ad eum modum, quo res intellecta est in verbo.

Ex his ergo illud primum est consequens, quod ad eum modum quo Pater omnia intelligit in Verbo, ita & in Spiritu Sancto omnia diligit. Et eo modo quo dicitur Verbo, siue per Verbū operari, ita & Spiritu Sancto, & per Spiritū Sanctum operetur. Probatur; nam sicut Verbum ratione diuinæ essentiae secundum esse intelligibile, quod est essentiale, habet relationem ad omnia intelligibilia, & non ratione proprietatis; ita & Spiritus Sanctus ratione diuinæ essentiae secundum esse diligibile habet relationem ad omnia diligibilia, & non ratione proprietatis. Eodemque pacto sunt intelligibilia in Verbo, & diligibilia in Spiritu Sancto. Cum ergo ordo cognitionis sit idem, æquaque ratio, non debet esse dissimilis eloquutio. Et confirmatur autoritate sacrarum literarum, & Patrum: eodem enim modo dicitur Pater operari Verbo, & in Verbo, & per Verbum; sicut dicitur operari Spiritu Sancto, & in Spiritu Sancto, & per Spiritum Sanctum.

Secundum consecutarium est, quod cum Pater dicitur intelligere omnia in Verbo, non probè explicatur quod intelligat omnia esse in Verbo: cum enim dicitur intelligere in Verbo, non significatur res intellecta, scilicet, quod omnia in Verbo sint, sed significatur modus intelligendi; sicut cum dicimus intelligere Verbo. Sensus ergo est quod intelligit in Verbo, tanquam in ratione formali intelligibilem; negari enim non potest Verbum esse rationem formalem intelligibilem ex propria sua ratione: & ipsi concedunt omnia esse in Verbo intelligibilia; Deus autem intelligit res vt sunt; ergo Pater intelligit omnia in

Verbo, vt in Verbo intelligibilia sunt. Eodem modo diligit omnia in Spiritu Sancto, quatenus omnia in Spiritu Sancto diligibilia sunt. Quamobrem Sæctus Thom. 1. sentent. dist. 32. quæst. 1. art. 3. diuinum Verbum ait esse rationem omnium intelligibilem, & Spiritum Sanctum rationem omnium diligibilem. Igitur cum dicimus Patrem omnia intelligere in Verbo, non est explicandum, quod intelligat hoc enunciable, scilicet, omnia esse in Verbo; sed quod intelligat omnia in Verbo, prout in Verbo sunt; quia intelligit ea, modo quo sunt. Qui modus intelligendi est in re cognita, vt postea explicabimus.

Est igitur discrimen inter hæc, si dicas intelligere verbo, intelligere in verbo, & per verbum: namque intelligere verbo indicat verbum esse medium quo intelligimus; & est falsa, vt docuimus, nisi intelligere sumatur notionaliter. At verò intelligere in verbo significat rationem intelligendi esse in verbo, vt in termino operationis; omnia enim in verbo intelligibilia sunt tam in nobis, quam in Deo. Quare Scotus distinct. 31. quæst. 2. concedit Patrem intelligere in Verbo, sed non intelligere Verbo. Intelligere autem per Verbum indicat causam intelligendi, & ideò est neganda. Idemque omninò discrimen est, si dicas diligere Spiritu Sancto, in Spiritu Sancto, & per Spiritum Sanctum. Marius Victor. libr. 4. contra Arium, Cum (inquit) intelligit se Deus per formam suam se intelligit. Formam autem illis libris appellat Verbum. Sed cum ipse ponat in Deo verbum essentiale, nihil prohibet dicere, quod intelligat Deus per verbum, vt est essentia, non prout est persona.

Pater ergo intelligit in se tanquam in principio intelligendi; in quo est ratio intelligibilem, non vt terminus operationis, sed vt principium, scilicet, vt species intelligibilis: in Filio verò, vt in Verbo in quo est ratio intelligibilem, vt in specie, & similitudine expressa, quæ est operationis terminus: in Spiritu Sancto verò intelligit, vt in quo est ratio intelligibilem, non vt in principio, aut termino operationis, sed per essentiam; quia quatenus est persona diuina, est ipsum

S. Thom.

8.  
1. aduert.  
Aliud est Pa-  
trem intelli-  
gere in Verbo, ali-  
ud Verbo ali-  
ud per Verbū,  
Ostenditur.

Scotus con-  
cedit primum,  
negat secundū

Tertium ne-  
gandum est, vt  
cap. 47. n. 8.

Mar. Viet.  
explicatur qd  
ponat in Deo  
verbum esse  
tiale.

9.  
2. aduert.  
Aliter atque  
aliter Pater in-  
telligit in se, &  
in Verbo, & in  
Spiritu Sancto;  
ob aliam, & a-  
liam proprie-  
tatem.

Hec loquutio de Sp. Sancto est minus propria nihil indicans in eo proprium.

Eadē ratio intelligibilis est in Patre ut in principio: in Filio, ut in termino: in Sp. Sancto neutro modo sed duntaxat per essentiam.

S. August. S. Anselm.

10. 3. aduert. Dum Pater dicitur intelligere in verbo pro ut intelligibilia sunt in verbo, non significatur modus intelligētis, sed rei intellectæ.

11. Ex dictis intelligitur assertū S. Thomæ. Sp. Sanctus diligit se ipso, id est, per essentiam suam. Vel se ipso, id est, in se ipso.

S. Anselmus ait Sp. Sanctū

sum esse intelligibile; Et hoc est minus propria loquutio nihil indicans in Spiritu Sancto proprium, quod sit vel principium, vel terminus intellectiois notionalis. Cum ergo aliter atque aliter intelligit Pater in se, & in Verbo, & in Spiritu Sancto: non significatur alia ratio intelligibilis, quæ est essentialis, vna, & communis, sed alia atque alia proprietates: quia in Patre est ut principium, in Filio ut in termino, in Spiritu Sancto neutro modo, sed duntaxat essentialis. Non ergo concedimus quod Pater intelligat in Verbo, quasi rationem intelligibilem ab eo accipiat, ut aliqui existimant; sed quasi in eo in quo hæc ratio intelligibilem est, ut in termino intellectiois. Quod maximè quadrat in Verbi diuini processionem. Et idcirco S. August. lib. 83. questionum q. 63. & S. Anselm. Monolog. cap. 32. & 33. docent Verbum diuinum indicare relationem ad creaturas, quod Doctores scholastici commentantur d. 17. Intelligit ergo Pater in Verbo, prout ipsa intelligibilia in Verbo sunt.

Quo in loco aduertendum est, dum dicimus in Verbo Patrem intelligere, pro ut ea quæ intelligit sunt in Verbo; non significari modum intelligentis, sed modum rei intellectæ: nam si modus intelligentis est, ut in Verbo intelligat; est Verbum necessarium ad intelligendum, ut in nobis accidit: sed quod modus rei intellectæ sit intelligi in Verbo, indicat ipsam rem intellectam esse in Verbo; quod est verissimum; Verbum enim diuinum ex propria ratione formali indicat esse intelligibile. Eodem modo Pater diligit omnia in Spiritu Sancto: & quidem in se ipso, & in Filio, ut in principio dilectionis notionalis; at verò in Spiritu Sancto ut in termino producto, qui ex propria ratione formali est amor & ratio diligibilem, ut explicatum est.

Ex quibus intelligere licet, id quod S. Thom. ait d. 32. art. 2. ad 4. quod Spiritus Sanctus diligit se Spiritu Sancto, siue se ipso, duobus modis: tum quia ipse est dilectio per essentiam; & ita sicut se ipso est Deus, ita se ipso diligit se: tum etiam quia est persona per dilectionem procedens, in qua est tota ratio diligibilem; ergo in se ipso se diligit, & Verbum in se ipso se intelligit: Sicut enim rectissime ait S. Anselmus Spiritum Sanctum

A intelligere in Verbo, à quo tamen Verbum non procedit; ideo sanè quia ratio intelligibilem pertinet ad ipsum conceptum Verbi, etsi aliàs sit communis tribus personis; ita & Verbum se in se intelligit etsi à se non procedat, & Spiritus Sanctus se ipsum in se amat. Quod autem Verbum intelligat se Verbo non videtur propriè dicendum esse; quia significatur verbum, ut terminus productus, & non ut ratio intelligendi. Et idem est quod Spiritus Sanctus nō diligit se Spiritu Sancto; sed benè in Spiritu Sancto, siue in se ipso; cum in se agnoscat sub proprio conceptu procedentis amoris, totam rationem diligibilem. Concedit autem S. Thom. quod Spiritus Sanctus se ipso se diligit, vel quia per essentiam se diligit; vel se ipso, hoc est, in se ipso.

B Est verò studiosiùs attendendū, quod sapientia quidem est quid essentialis ita commune, ut sola accommodatione sit propria Filij: esse verò intelligibile, quoniam est ipsa essentia in ratione obiecti, pertinet ad rationem formalem verbi; non quod non sit etiam essentialis, sed quia est principium formale constituens verbum quatenus est terminus operationis. Itaque esse intelligibile pertinet ad Verbum non solum per accommodationem, sed ut quid essentialis, quod exprimitur ipso nomine Verbi. Et ideo cum dicimus Patrem intelligere in Verbo; non significamus illum intelligere in sapientia, potius enim dicendum esset per sapientiam intelligere; sed declaramus Patrem intelligere in verbo, quatenus in eo est ratio omnium intelligibilem: quæ ratio formalitèr clauditur conceptu Verbi, non ut proprietates, sed ut essentia addita proprietate; sicut enim non voluntas, sed intellectus constituit Patrem principium generationis; ita esse intelligibile constituit Verbum terminum formalem generationis, & hoc indicatur cum dicitur Patrem intelligere in verbo; imò Beatos omnes in verbo videre diuinam essentiam, tanquam in eo in quo est, sub isto conceptu verbi, formalis ratio intelligibilis diuinæ essentia.

C Ad finem huius partis constituendum est Patrem non intelligere in Verbo intellectioe, ut notionalis est, sed ut est essentialis operatio: nam intellectio ut notionalis importat terminū productū;

intelligere in Verbo: ratio enim intelligibilem pertinet ad ipsum conceptum Verbi-

Non dicitur propriè Sp. Sanctus se diligit se ipso. Ratio.

S. Thomas. explicatur ut proximè.

12. 4 aduert.

Esse intelligibile, seu declaratiuū, pertinet ad Verbum, nō solum per accommodationem, ut sapientia, sed ut attributū essentialis addita proprietate, clausū in ratione formali Verbi.

Sic Beati videt in Verbo.

13. 5. aduert. Intelligere in Verbo non est notionale, sed essentialis. Probat 1.

Probatur 2.

Colligitur ref-  
ponf. ad ratio-  
nedubit. initio  
propositam.

Sp. S. S. S. in-  
telligit in se ip-  
fo, vt in termi-  
no, non ipsius  
intelligentis,  
fed intellectio-  
nis Paternæ.

at verò præpositio, in, nõ indicat termi-  
num productum. Præterea intelligere  
in Verbo est commune toti Trinitati,  
vt declaratum est; ergo hoc intelligere  
non indicat originem qua esset propriũ  
Patris, & non commune. Vnde oritur  
dilucida responsio ad dubium proposi-  
tum initio quæstionis; vtrumque enim  
negamus, & quòd Pater intelligat in  
Verbo tanquam in forma intelligentis,  
& quòd intelligat in Verbo intellectu-  
ne notionali: sed intelligit in Verbo qua-  
tenus Verbum est ratio ipsa intelligibi-  
lium ex propria ratione formali, in quo  
sunt omnia intelligibilia, vt in termino  
producto, non tamen vt in termino ip-  
sius intelligentis: nam hoc modo non  
intelligeret in se ipso; sed satis est quòd  
Verbum sit terminus intellectio-  
nis Paternæ, vt ipsum Verbum, & Spiritus Sã-  
ctus, imò & nos intelligamus in Verbo  
provt omnia in ipso sunt.

Confirmatio.

S. August.

**H**Æc opinio confirmatur verbis S.  
Augustini 15. de Trinitat. cap. 14.  
quæ nonnullis videntur obscuriora esse,  
*Nouit (inquit) Deus Pater omnia in*  
*se, nouit in Filio; sed in se ipso tanquã*  
*se ipsum, in Filio tanquam Verbum su-*  
*um quod est de omnibus quæ sunt in se*  
*ipso.* Non ait S. Augustin. quòd nosse  
in se sit nosse se: sed ait Patrem Æter-  
num se nosse in se, tanquam se ipsum;  
quia noscit in se tanquam in principio  
notionis, quod est ipse Pater: & ite-  
rùm ait Patrem nosse in Filio tanquam  
Verbum suum, quia nouit in Filio tan-  
quam in Verbo, quod est ipse Filius,  
& tanquam in termino intellectio-  
nis. Vnde subiicit de Verbo, *quod est de om-*  
*nibus quæ in ipso sunt*, scilicet produ-  
ctum de forma intelligibilium, quæ est  
in Patre vt principium operationis, in  
Filio verò vt terminus, sicut est à nobis  
iam dudum enarratum. Quo eodem  
modo sunt declaranda verba illa D.  
Theodori Abucaræ disput. 1. *Deus e-*  
*nim Filium suum sibi per omnia similẽ*  
*videns, se ipsum in illo videt*, scilicet  
eo modo, quo omnia sunt in illo, vt in  
immagine. Marius autem Viçt. libr. 1.  
contra Arim philosophatur, Deum in  
se ipso inuisibilem, videri in Filio, vt po-  
tè in imagine: & affert illud Ioan 1. n.

Non ait quòd  
nosse in se sit  
nosse se.

Explicatur  
ex dictis, præ-  
fertim num. 9.

Verbũ est pro-  
ductũ de forma  
intelligibiliũ,  
quæ est in Pa-  
tre, vt princi-  
piũ operatio-  
nis, in Filio vt  
terminus; vt  
cap. 24.

D. Theodor<sup>o</sup>  
Abuc.

Mari<sup>o</sup> Viçt.

Ioan. 1. n. 18.

**A** 18. *Deum nemo vidit vnquam.* Sed  
non est intelligendum Deum in imagi-  
ne sua, quæ est Filius, fieri visibilem, qua-  
si non sit per essentiam visibilis. Sed  
Marius tribuit Verbo declaratiuũ Dei-  
tatis, non proprietate personæ, sed per  
appropriationem, maximè quia istud  
attributum essenziale clauditur conce-  
ptu Verbi. Confirmatur etiam aucto-  
ritate S. Thom. quæ maxima est, loco  
commemorato in 1. dist. 32. artic. 2. ad  
4. vbi docet, quòd Spiritus Sanctus di-  
ligit se in se ipso. Non est ergo recu-  
sandum dicere cum S. Augustino, & S.  
Thoma quòd Pater intelligit in Verbo  
à se genito, vt præpositio, in, non in-  
dicet modum intelligentis, sed modum  
rei intellectæ, vt declaratum est.

Verbo tribui-  
tur declaratiuũ  
Deitatis, vt n.  
12.

S. Thom.

PARS POSTERIOR.

*Pater, & Filius diligunt res creatas  
Spiritu Sancto, siue in Spiritu  
Sancto.*

**V**T autem intelligamus quomodò  
Pater diligat nos Spiritu Sancto,  
prius est id quod est facilius declaran-  
dum, qua ratione Pater operetur Spi-  
ritu Sancto. In his enim significatur  
Spiritus Sanctus, vt principium opera-  
tionis; non quòd Spiritus Sanctus sit  
principium formale in Patre, quo Pater  
operetur; sed potius quia accipit à Pa-  
tre virtutem operandi, vt significetur  
ordo suppositorum, non ordo vireutis:  
quo pacto supra docuimus Patrem pro-  
ducere Spiritum Sanctum per Filium.  
At verò licet Pater operetur per Filiũ,  
& Spiritum Sanctum, quia vtraque per-  
sona ab eo procedit; per Filium tamen  
operatur quasi per Verbum, in quo est  
tota ratio rerum agendarum; eadem  
enim ratio est intelligendi, & agendi per  
intellectum. At verò operatur per Spi-  
ritum Sanctum, quatenus in eo est tota  
ratio diligibilium, tam essentiæ & per-  
sonarum, quæ naturali dilectione dili-  
guntur, quàm etiam rerum creatarum,  
quæ diliguntur liberè. Igitur quæstio  
versatur de dilectione creaturarum,  
Vtrum sicut Pater Spiritu Sancto suo  
creat, ita quoque diligat nos Spiritu  
Sancto. Est autem vacillandi locus, eò  
quòd omnis operatio Dei erga creatu-  
ras est essentialis; dilectio igitur qua  
Pater

Præmittendũ  
iuxta dicta cap.  
39. num. 6.

Pater operatur  
per Sp. Sanctũ  
quatenus in eo  
est tota ratio di-  
ligibilium per  
dilectionẽ na-  
turalem, id est,  
Deitatis ac per-  
sonarũ, & libe-  
rã, id est, creatu-  
rarum.

Quæstio est de  
libera.

Ratio dubit.

Pater diligit res creatas essentialis est, & non notionalis: non ergo Pater diligit creaturas Spiritu Sancto, ut Spiritus Sanctus ponatur in casu ablativo, quasi terminus per operationem productus.

Ioannes Scotus in 1. dist. 32. quaest. 2. concedit quidem Patrem, & Filium diligere Spiritu Sancto ipsam Trinitatem personarum, scilicet se ipsos, & Spiritum Sanctum: quia etsi ipse opinetur dilectionem personarum non antecedere processionem Spiritus Sancti; tamen quia dilectio personarum consequitur necessario dilectionem essentialis, permittendum arbitratur, quod personae divinae Spiritu Sancto diligantur.

Sed quod res creatae diligantur Spiritu Sancto, quantum potest repugnat; quia haec dilectio creaturarum est libera, & non necessario coniuncta cum dilectione essentialis. Et quidem Scotus in eo quod concedit personas divinas diligere Spiritu Sancto, non stat suis placitis: nam si hoc quod est Patrem diligere, explicatur principiativè, ut ille vult, scilicet, quod Pater communicet Spiritui Sancto dilectionem; non potest intelligi, quod communicet, nisi id quod in Patre antecedit generationem; sed sola dilectio essentialis secundum Scotum antecedit, non verò dilectio personarum; ergo sola dilectio essentialis communicatur: ergo verbo diligendi, quod indicat solam istam communicationem (quia Pater non diligit Spiritu Sancto formaliter, sed solum principiativè secundum Scotum) non diliguntur personae divinae, sed sola essentialis.

Nos verò contra asserimus, & personas divinas, & ipsas creaturas diligere Spiritu Sancto; diversa tamen ratione, quam disputando aperiemus. Imò dicendum est cum S. Thom. in sententiarum libr. 1. dist. 32. art. 3. Patrem nos diligere Spiritu Sancto, siue dilectionem essentialis, siue notionalis accipias. Aduertendum enim est quod divina dilectio est, qua nobis vult bonum; bonum autem non est à nobis, sed à Deo: quod ergo Deus nos diligit, nihil aliud est, quam ut bonum nobis velit, ipsa dilectione bonum efficiente quod vult. Si igitur in Patre consideres dilectionem essentialis, diligere nos Spiritu Sancto dicitur, quia Spiritus Sanctus est

**A** principium eorum bonorum, quae nobis Pater vult diligendo nos. Ideoque Sanctus Thomas ibi ad primum docet, quod cum dicimus Patrem diligere creaturas Spiritu Sancto, nomen, Spiritu Sancto, in casu ablativo indicat principium dilectorum, scilicet creaturarum, non verò diligentium: ideoque Pater dilectione essentiali non dicitur diligere se Spiritu Sancto; quoniam Spiritus Sanctus non est principium illius, neque ut diligentis, neque ut dilecti; quia non est causa bonorum Patris, sicut est causa bonorum nostrorum. Itaque si de dilectione essentiali sermo instituitur Pater diligit nos Spiritu Sancto, ita ut casus ablativus indicet principium rerum dilectarum, quae scilicet ab Spiritu Sancto procedunt, & haec obscurius dixerat S. Thom. in corpore art.

**B** Si verò diligere notionale sit, Pater diligit nos Spiritu Sancto, ita ut casus ablativus significet terminum operationis, sic tamen ut sit ordo inter terminum hunc productum, & res creatas per eandem dilectionem productas. Cum enim Pater & Filius dicuntur se diligere, ipsi non sunt terminus operationis, sed solum obiectum: Cum verò dicuntur diligere creaturas Spiritu Sancto, tam Spiritus Sanctus, quam creaturae sunt termini producti illius dilectionis; sed Spiritus Sanctus terminus est operationis personalis siue originis, creaturae autem sunt terminus creationis productus; & uterque terminus est à dilectione notionali derivatus; eadem enim est dilectio qua Pater se & nos diligit, cuius dilectionis duplex est terminus, scilicet Spiritus Sanctus spiratus, & nos creati: & per ista videtur elucidari articulus ille S. Doctoris.

**C** Adhuc est aduertendum, quod etsi Spiritus Sanctus non procedat ex dilectione creaturarum, ut dicemus; bene tamen est amor quo Pater diligit creaturas etiam dilectione notionali: quae quidem res vehementem incussit dubitationem Bartholomaeo Torres, & alijs. Dicendum ergo est ex eo quod Spiritus Sanctus non procedat ex dilectione creaturarum, consequens esse, ut eas propositiones negemus in quibus significatur aliqua antecedentia, quasi prius creaturae sint dilectae, quam Spiritus Sanctus procedat, quod est aperte falsum. Et haec

principium rerum dilectarum.

Idem.

Hinc elucidatur 1. cōcl. tradita capit. 46. num. 12.

2. Probatio de dilectione notionali.

De hac loquendo, casus ablativus significat terminum dilectionis productum anteriore, scilicet spiratum; accusativus consequentem, scilicet creatum.

5. Obiectio.

Torres.

Respons. Creaturae non sunt dilectae ante processionem Sp. Sancti.

2. sententia Scoti.

Afirmat de divinis personis, scilicet eas diligere Sp. Sancto.

Obiectioni. Respondet.

Negat de creaturis. Fund. & ratio maior de his, quam de personis.

Quoad 1. assertum de dilectione personarum, repugnat suis placitis.

Per Scotum Pater diligit Sp. Sancto solum principiativè.

Ita in Patre sola dilectio essentialis antecedit generationem.

3. sententia.

Pater diligit nos Spiritu Sancto tam dilectione essentiali, quam notionali. S. Thom.

Aduert.

1. probatio de dilectione essentiali. De hac loquendo, casus ablativus indicat prin-

Ista negata  
prioritas indi-  
cator in hac, Sp.  
Sanctus proce-  
dit ex dilectio-  
ne creaturarū.  
Nō indicatur  
in thesi tituli.

Lib. 2. cap. 48.  
p. 2. n. 10. & c.  
46. n. 18.

6.

Declaratur  
1. aduertendo  
quod ex parte ob-  
iecti essētia di-  
lecta est Deo ra-  
tio diligendi  
nos, licet dile-  
ctio vna sit.  
2. recōlendo do-  
ctrinam c. 45.  
p. 2. n. 10. & c.  
46. n. 18.

Confectarium.  
Ordine ratio-  
nis, Pater spirā-  
do Amore, dili-  
git illo re dile-  
ctā, scilicet primō  
Deitatem 2. p-  
sonas 3. crea-  
turas.

Alio ordine in-  
telligēdi, dile-  
ctio vt dilectio  
est, cōiungitur  
per se cū Deita-  
te, immediatē,  
& simul cū per-  
sonis: sed non  
cū reb⁹ creatis

hæc prioritas indicatur, cum dicimus Spiritum Sanctum procedere ex dilectione creaturarum, quasi prius intelligantur creaturæ dilectæ: non verò significatur prioritas eadem, cum dicitur Pater diligere nos Spiritu Sancto; sed solum indicatur, vel quod Spiritus Sanctus sit principium creaturarum, si diligere sit essentialē; vel significatur, si notionale sit, Spiritum Sanctum esse terminum illius dilectionis, qua Pater nos diligit; ita tamen vt & ipse, & nos termini simus; ille autem anterior, vt explicabimus.

Cogitandum quippe est vnam, & eādem esse operationem essentialē, qua Deus nos diligit & se ipsum; nihilominus ex parte obiecti ipsa essentia dilecta est ratio diligendi nos. Præterea est recolendum, id quod diximus antea, dilectionem notionalem coniungi cum obiecto medio verbo propter ordinem originis. Cum igitur dicimus Patrem diligere se, & nos Spiritu Sancto; ordo rationis est, vt Pater diligat spirando amorem, quo copulatur cū re dilecta: primò quidē cū diuina essētia, deinde cū personis, vltimò cū suis creaturis. Ex quibus nō sequitur vt dilectio creaturarū antecedit Spiritus Sancti processionem; cū certē hoc ordine intelligēdi vltimo loco intelligamus creaturas dilectas. Alio ordine intelligēdi, ipsa dilectio vt dilectio est, coniungitur per se cum diuina essentia, immediatē & simul cum diuinis personis: sed non cum rebus creatis; quia res creatæ non intelliguntur, nisi post processionem diuinarum personarum. Et idcirco Spiritus Sanctus procedit de dilectione essentia, & diuinarum personarum; sed non de dilectione creaturarum, vt postea docebimus. Aliud ergo est creaturas diligi Spiritu Sancto; quatenus dilectio Dei per Spiritum Sanctum productum coniungitur cum rebus creatis, quod est verum; & ita Spiritus Sanctus intelligitur prius productus, quam res creatæ dilectæ sint. Aliud verò est Spiritum Sanctum procedere de dilectione creaturarum; quasi dilectio creaturarum antecedit processionem Spiritus Sancti, quod est falsum.

Hand verò difficile est ad obiectum Scoti respondere: nam per hoc quod creaturæ dicantur diligi Spiritu Sancto,

A non significatur diligi necessariò; sed significatur dilectionem Patris, & Filij cōiungi cum rebus creatis media origine Spiritus Sancti, quod est verissimum. Imò accidit res hæc in tempore; nam dilectione benevolentia, qua Deus diligit iustos, diligit illos in tempore; & ita dilectio diuina quæ per se, & necessariò est coniuncta cum essentia diuina & personis, in tempore coniungitur cum viris iustis. Quamobrem eadem dilectio prout est in Patre & Filio, media origine & Spiritu Sancto coniungitur per se necessariò cum essentia & personis; in tempore verò & contingentèr cum viris iustis. Et ita cum dicitur Pater diligere nos Spiritu Sancto, ex parte rei dilectæ nihil significatur necessariū.

B De scientia autē Dei eodē modo philosophandū. Nam scientiā practicā Pater nouit Verbo suo res omnes creatas; siue notitia sumatur essentialitèr, siue notionalitèr; nam essentialitèr, indicatur Verbum esse principium rerum creatandarū, quod est verum; si verò sumatur notionalitèr, ablatius casus indicat terminum productum, scilicet Verbum, & accusatiuus casus terminum etiam productum, sed cōsequentem, scilicet creaturas. Nec sequitur quod Verbū procedat de notitia practica creaturarum, sicut nec Spiritus Sanctus de dilectione earum procedit, vt declarauimus. De scientia autē simplicis intelligentiæ, dicendum est Patrem non intelligere Verbo res creatas; sicut neque diligit Spiritu Sancto easdem: nisi eadem scientia simplicis intelligentiæ accipiatur notionalitèr, quo pacto intelligere est dicere; tunc etenim concedendū, quod Pater dicit omnia Verbo suo; omnia, inquam, quæ nouit ea scientia simplicis intelligentiæ, dicit Verbo suo, & intelligit Verbo, si intelligere sumatur notionalitèr.

D Quod autē diuinæ personæ diligant nos in Spiritu Sancto, intelligendū est dilectione essentiali. Imò & nos diligim⁹ nos metipfos in Spiritu Sancto. Sicut p. priori disputauimus omnia intelligi in Verbo.

Confirmatio.

Hæc sententia satis connixa est S. Thomæ attestatiōe 1. p. q. 37. ar. 2. ad 3. & in 1. d. 32. art. 3. in 1. d. 32. art. 3.

CAP.

Eadē dilectio Patris & Filij media origine & Sp. Sancto cōiungitur p se & necessariò cū essentia, & personis: in tēpo- re verò & con- tingentèr cum viris iustis.

Corollarium. Scientiā practicā Pater nouit Verbo suo omnes creaturas siue notitia sumatur essentialitèr, siue notionalitèr. Probatū ex dictis n. 3. & 4. Vide cap. 14. p. 3. nam. 3.

Scientiā simplicis intelligentiæ Pater nō intelligit Verbo suo creaturas: Sicut neque diligit correspondētèr Sp. Sancto easdē: nisi intelligere sumatur notionalitèr, vt est dicere.



CAPVT XLIX.

Verbum Diuinum ex rerum creaturarum contemplatione procedit.

- 1. Pars. Verbum procedit de contemplatione creaturarum.
- 2. Pars. Verbum procedit de ipso intuitu diuinarum personarum.

PRIMA PARS.

Verbum procedit de contemplatione creaturarum.

1.

Disputaturus de questione illa, vtrum Spiritus Sanctus de dilectione creaturarum procedat? præmitto alteram disputationem, vtrum Verbum procedat de earum cognitione?

2.

1. Sententia Ferrar.

Primo autem loco tractanda est opinio Francisci Ferrar. lib. 4. contra gentes, cap. 13. vbi ait productionem verbi antecedere intellectionem: quare similiter Verbum diuinum prius produci prioritate rationis, quam Pater intelligat, aut suam essentiam, aut alia in essentia. Fallitur autem vir ingenio præstantissimus in vno & altero; nam neque productio verbi in rebus creatis antecedit intelligendi actum, vthoc lib. docuimus; neque generatio Verbi vilo modo antecedit Patris intelligentiam, quod adhuc est clarius. Nam Pater constituitur ex tota essentia, vt libro 4. docebimus, in qua omnia attributa continentur, & antequam intelligatur generans, intelligitur perfectus Deus, nõ semidens: maxime verò intellectu præditus est, & intelligendi actu; & ita omnia hæc in persona Patris iam constituta, antecedunt generationem. Quare ista opinio & falsa est, & incredibilis; tum quoniam non debemus credere Patrem generare per ignorationem, quia ignoratio in operante est quædam coactio, vt dicemus; generare autem est producere Verbum; producit ergo Verbum intelligens quid producat. Tum quia Verbum per intellectionem producit, vt S. Thom. docet: quare eam subsequitur: & hæc est omnium Doctorum consensus; nam & Ioannes Scotus hoc quidem in nobis negat, in Deo autem concedit: sed intellectio Patris propter excellentiam suam est simul directa & reflexa; quia simul

Indicatur falsa vt c. 2. p. 5 & 6. & c. 4. p. 3. n. 3. & c. 45. num. 8.

Impugnatur 1. Pater antequam intelligatur generans, non intelligitur semideus, sed perfectus Deus, & intelligens.

Confirmatur refutatio.

Ignoratio in operante est quædam coactio.

Impugnatur 2. S. Thom.

Scotus citatur c. 1. p. 2. n. 10. Obiectioni occurratur.

A intelligit, & intelligit se intelligere; ergo simul intelligit alia in Verbo, & Verbum ipsum. Tū denique quia hæc opinio innititur illo asserto iam supra refutato, quod in nobis intellectio eadem vt dictio antecedit verbum, vt intellectio consequatur: quod in Deo maxime falsum est; eò quod dictio contineat operationes duas, alteram essentialem, quæ est intellectio, alteram relatiuam, quæ est generatio; & oportet omnino operationem essentialem antecedere, vt docuimus.

Impugnatur 3. eius fund. vt c. 2. & 4. citatis & c. 45. citato. p. 1. n. 3. 7. & 8. iuncta 2. p. per totam.

3.

Sed aliud adhuc est quare hæc sententia longè sit absurdior; ait enim Ferrariensis idcirco prius diuinum Verbum produci, quam intelligi; quia Verbum diuinum continet rationem omnium intelligibilium, quæ necesse est antecedit intellectionem. Nam præterquam quod ostensum est rationem intelligibilis in verbo creato, non antecedere operationem cuius est terminus; admonuimus quoque Verbum diuinum non esse necessarium ad intellectionem diuinam, etiam vt terminum, in quo sit ratio intelligibilis. Aliàs Pater intellectionem à verbo aliquo modo acciperet; & esset sapiens sapientiam genitam, quod est hæreticum: nulla ergo ratio intelligibilis est in Verbo, quæ non sit in Patre, quod est haud dubie tenendum. Ideoque S. Th. q. 34. art. 3. ait Verbum diuinum ratione essentia habere respectum ad creaturas, quia ratio intelligibilis est essentialis. Probè tamen dicitur quod ratio intelligibilis contineatur in conceptu Verbi expresso, & in conceptu Spiritus Sancti ratio diligibilis, vt iam declaratum est.

Impugnatur 4. aliud fund. ex iisdem locis citatis.

C in Verbo, quæ non sit in Patre, quod est haud dubie tenendum. Ideoque S. Th. q. 34. art. 3. ait Verbum diuinum ratione essentia habere respectum ad creaturas, quia ratio intelligibilis est essentialis. Probè tamen dicitur quod ratio intelligibilis contineatur in conceptu Verbi expresso, & in conceptu Spiritus Sancti ratio diligibilis, vt iam declaratum est.

Ratio intelligibilis essentialis est. S. Thom.

Tamen continetur in conceptu Verbi expresso.

4.

2. sententia Scoti.

D Ioannes Scotus rectius quidem opinatur intellectionem diuinam antecedere productionem Verbi, quod est modis omnibus persuadendum: sed cætera dissidet à sententia S. Thomæ; non solum enim negat Verbum diuinum procedere de cognitione creaturarum, sed etiam negat illud procedere de cognitione diuinæ essentia: quia arbitratur, vt supra docuimus, cognitionem diuinam etsi antecedit productionem Verbi, per accidens se habere ad illam, ita vt productio Verbi non deriuetur de intellectione: & hoc iam refutatum est. Præterea addit cognitionem diuinam, quæ antecedit Verbum, esse cognitionem diuinam

1. illius assertum, Verbum nõ procedere de cognitione, etiã diuinæ essentia.

Refutatum est cap 45 p. 2. 2. assertum, cognitionem essentialis

scitia esse prior Verbo, non sic cognitionem creaturarum.

Confectarium oppositum inscriptioni huius partis.

Scotus.

Picus Mirad.

5.

Scoti principium de productione creaturarum.

Rade controuersia I. querimoniade Caietano.

Verum est Scotum dixisse res productas secundum esse cognitum, nihil esse. Unde iudicauit hoc esse cognitum esse ens rationis.

Errauit dicendo esse rem absolutam.

Ex dicto principio illatio Scoti contra inscriptionem huius partis. Declaratur.

uine essentia, sed non creaturarum, ita ut necesse sit prius ordine rationis, imò & ordine originis, produci Verbum, & Spiritum Sanctum, quam creaturam intelligantur à Deo. Ex quo secundo asserto omnino est consequens, ut Verbum non procedat de cognitione creaturarum; cum ante productionem Verbi nulla sit creaturarum cognitio iuxta Scotum, de qua Verbum procedat. Ita opinatur in 1. d. 18. & in 2. d. 1. q. 1. & in quodlibetis, q. 8. & 14. & alijs sapius. Picus Mirand. disput. habita sub Innocentio 8. cap. consentit cum Scoto, quod Filius non procedat de cognitione creaturarum.

At verò Scotus adhuc ut istam assertionem petat ab altiori principio, credit Deum ab æterno produxisse creaturas secundum esse cognitum; deinde secundum esse possibile, quod fundatur in cognito. Ita sentit in 1. d. 43. & d. 36. Queruntur autem Scotista, quod Thomas Caietan. cum alijs imposuerit Scoto addendo, ipsum sentire quod hoc esse cognitum sit medium inter ens reale, & rationis; perindeque propendere illum in errorem Vicleph de rerum productione æterna. Nam Scotum minime hoc dixisse, sed potius hoc esse cognitum ens esse rationis affirmasse d. 36. q. unica. Et certè dubium non est Scotum eo loco dixisse res productas secundum esse cognitum, nihil esse: quare esse cognitum apud Scotum non est esse reale. Libetèr ergo hoc damus, quod esse cognitum iuxta opinionem Scoti sit ens rationis; neque enim cupimus illum errasse. Credit autem hoc esse cognitum à Deo productum non esse solam relationem rationis rei intellectæ ad intelligentem, sed esse rem absolutam: quo maxime Scotus errat, ut tomo 2. comprobauimus, disput. de Ideis. Ex quibus tandem colligit prius produci diuinas personas, quam producantur creaturæ secundum esse cognitum: nam personæ diuinæ ab ipsa natura diuina habet ut sint necessaria, eadem necessitate diuinæ naturæ. At verò creaturæ, quæ non sunt entia necessaria, non sunt necessario intellectæ; sed producantur (iucquit) secundum esse cognitum; quia illud non habent à se. Ergo ordine cognitionis propter necessitatem entis, prius producantur diuinæ personæ, quam creaturæ cognoscantur; quæ per se non cog-

noscentur, nisi per hoc quod producantur secundum esse cognitum.

Hæc opinio Scoti iure optimo à Doctoribus reprehenditur, & est certè inter eas numeranda, quas ait Cicero de natura Deorum, miracula esse, portentæque opinionum. Nam in eo quod ait produci ab æterno res creatas secundum esse absolutum, & addit secundum illud esse absolutum esse distinctas à potètia, & intellectu diuino, maximè innuit res esse extra suas causas: nam prout sunt in causis, non sunt à causis distinctæ; at verò esse extra causam est esse creatum, res verò esse creatas ab æterno, hæreticum. Istud argumentum missum facimus, quod disputando de Ideis tractabimus. Quod ad rem est, quærimus nū producere res secundum esse cognitum indicet actionem aliam præter actum intelligendi? si aliam, est igitur realis productio, quæ res ab æterno producantur, quod est hæreticum: Si autem hoc producere, non aliam actionem importat nisi actum intelligendi, nihil est aliud produci nisi intelligi. Et confirmatur; quia ens vel est extra animam, & habet esse reale; vel est solum in anima, hoc est, in intellectu obiectum, & est ens cognitum. Similiter igitur per actus intellectus diuini, vel res producitur extra animam & creatur ab æterno, quod est hæresis; vel producitur in anima, hoc est, in intellectu obiectum, quod est intelligi: Nul- lum ergo argumentum conficit Scotus quod res creatæ non cognoscantur ante processiones diuinas; quia adhuc non sunt productæ: siquidem esse productas non est esse aliud, nisi esse intellectas. Hoc ergo probandum erat, quod non sint intellectæ res creatæ ante processiones; dicimus enim, ut loquamur cum Scoto, res creatas esse productas ante processiones diuinas secundum esse cognitum, siquidem hoc esse non est aliud præter esse cognitum. Quod si (ut certum est credere) existimauit Scotus productionem secundum esse cognitum non esse realem productionem: quid argumenti inde voluit depromere, ut productio realis personarum antecederet productionem non realem creaturarum, quæ productio non est, sed ipsa earum rerum intellectio?

Præterea quæro an diuinus intellectus producat res creatas secundum esse cog-

6. Cōtra Scoti principium, seu portentum.

1. conclusio. Res non sunt productæ ab æterno secundum esse cognitum, & absolutum distinctum à potètia, & intellectu diuino, Probatur 1.

Probatur 2. Produci secundum esse cognitum nihil aliud est, quam cognosci,

Confirmatur,

Illationis Scoti inutilitas ostenditur,

Hoc probandum erat, quod productio creaturarum non realis, scilicet secundum esse cognitum tantum, siue eas intelligi, non antecederet diuinas processiones.

Probatur 3.

Productio realis ante processiones, nec potest esse libera, nec naturalis.

Concluditur. Si creature fuerant cognite a Deo antequam producerentur secundum esse cognitum, ad quid necessaria est haec productio

Confirm. Si creature fuerant cognite a Deo antequam producerentur secundum esse cognitum, ad quid necessaria est haec productio

Probatur. Res create sunt intelligibiles in essentia diuina, non in proprietatibus personarum.

Confirm. 2. Productio secundum esse cognitum est relatio rationis fundata in intellectione producete res secundum esse cognitum, non in personis.

8. Probatur. Si Pater non haberet notitiam creaturarum nisi productis personis, ab his illam acciperet, cui illa sit quid essentiale. Explicatur.

cognitum, naturaliter, an liberè? si liberè, effecit ergo Deus pro sua voluntate libera, ut quaedam res essent intellectæ ut vera entia & possibilia, alia ut falsa & impossibilia; & ita fuit diuine electionis, ut homo esset res ficta, & impossibilis; chimera autem res possibilis, & vera. Quod si hoc stultum est & incredibile; non ergo liberè, sed naturaliter Deus producit res secundum esse cognitum; quod si naturaliter, & ista productio pertinet ad intellectiõnem naturalem, quæ antecedit origines; quare non erunt res intellectæ ante originem? Et confirmatur, quoniam vel Deus produxit res secundum esse cognitum præintelligens illas, vel non præintelligens: si non præintellexit, produxit inuitè, vellet nollet; si præintellexit antequam produceret, quid necesse fuit producere illas secundum esse cognitum, cum iam esset cognita? fictum ergo est quod produci secundum esse cognitum, quidpiam aliud sit, quam cognosci. Idem iterum comprobatur, nam res create sunt intelligibiles in ipsa essentia diuina, & non in proprietatibus personarum; essentia enim diuina est causa adæquata rerum, in qua cognoscuntur. Ad hoc ergo ut cognoscantur, non est necesse produci prius diuinas personas. Et confirmatur, quoniam relatio rationis consequitur aliquid reale designatum quo fundatur; quare cum productio rerum secundum esse cognitum, non sit realis productio, sed sola relatio rationis; ipsum esse cognitum, consequitur intellectiõnem diuinam producentem res secundum esse cognitum; & nullo modo consequitur proprietates personales, ut dictum est: ergo isthac productio non est posterior personis, sed per se consequitur naturalem, & essentialẽ intellectiõnem ante processiones personarum;

Adhuc confirmatur, quia aliàs Pater acciperet a personis productis notitiam creaturarum, quod est hæreticũ. Cõmonstratur hoc, quia ante personas productas non habet istam notitiã. Explicatur hoc; nam etsi Pater non producat Spiritũ Sanctũ ante productionem Filij, non tamẽ habet a Filio hoc ut producat Sp. Sanctum; quia propter ordinem originis Filius antecedit Spiritum Sanctum, & vna origo aliam; sed si Pater non haberet sapientiam nisi producto Filio, cum

A sapientia sit essentialẽ, & non conueniat Patri nisi genito Filio, a Filio genito haberet Pater sapientiam; ergo si Pater non cognoscit res creatas nisi productis personis; cum cognoscere res creatas proculdubio sit quid essentialẽ, & perfectio diuini intellectus, hoc haberet Pater a personis productis. Comprobatur idem, quia haberet hoc ordine originis; quod autem ordine originis est posterius, ab alio procedit, vel accipitur; ergo haberet Pater notitiam creaturarum procedentem, vel acceptam a creaturis. De actionibus enim liberis, quæ consequuntur personas productas alia est ratio, ut postea ostendemus.

B Et ut finem faciamus arguendi in re perspicua, essentialia sunt priora personis: pertinet autem ad ipsum conceptum Deitatis, ut in essentia sua intelligat res omnes possibiles, quæ in sua essentia continentur, aliàs Deus non esset essentialiter beatus, si suam potentiam non comprehenderet distinctim cognoscendo quicquid potest facere. Et hoc est euidentissimum; imò secundum fidem Catholicam concedendum, quod Deus essentialiter sit præditus notione rerum omnium possibilium. Cum ergo scientia naturalis rerum sit essentialis Deo, extrema demerita est negare illam antecedere personas diuinas ordine rationis, & ipsum Patrem. Quod si antecedit Patrem, ergo intelligitur in persona Patris, quæ est habens essentiam, ante generationem Verbi.

C Quod autem obijcit Scotus diuinas personas pertinere ad primam necessitatem entis, quæ est ipsa diuina essentia, nihil valet ad arguendum; res enim create sicut se ipsis sunt nihil, ita se ipsis non sunt intelligibiles; sed sicut potentia Dei possunt esse, ita & intellectu Dei possunt intelligi; & ita sunt necessario intelligibiles & possibiles; non necessitate sua, sed ipsa necessitate diuinæ potentia & diuini intellectus. Nam cum res create sint possibiles, & intelligibiles, non contingenter, quia non libera productione factæ sunt possibiles, aut intelligibiles; sed sint tales necessario; hæc necessitas non est secunda necessitas; vnum enim est necessarium ens, & vnum necessarium intelligibile, quod

Confirmatur.

Quod ordine originis est posterius, ab alio procedat, vel accipitur. De actionibus liberis est alia ratio.

9. Probatur. Essentialia sunt ordine rationis priora personis.

Secundum fidem certum quod Deus essentialiter sit præditus notione rerum omnium possibilium.

10. Obiectio.

Respons. Res create sunt possibiles & intelligibiles non liberè, sed necessario necessitate diuinæ potentia & intellectus, atque adeo necessitate prima.

quod est Deus; ergo hæc necessitas est ipsius diuinæ naturæ, vt probatum est. Ex quibus non sequitur vt prius procedant diuinæ personæ, quàm res creatæ sint intelligibiles, cū ipsa res sint intelligibiles eadem necessitate diuinæ naturæ de qua procedunt personæ, & pertineant ad naturalem scientiam antecedentem personas: sed solum sequitur vt prius diuinæ personæ sint possibles & intelligibiles, quàm res creatæ, quia prima emanatione intrinseca emanant: quare prius intelliguntur personæ diuinæ, quàm res creatæ, sed non sequitur quod prius producantur diuinæ personæ, quàm res creatæ intelligantur, vt hoc cap. & sequenti demonstrabimus.

Prius diuinæ personæ sunt possibles, & intelligibiles quàm creature, nõ tam prius producuntur personæ, quàm intelligantur creaturæ.

**12.**  
Cõtra idẽ principium,  
2. Conclusio, Rerũ possibilitas non fundatur in illo esse cognito. Probatur. Possibile alterũ nihil est nisi homo v. c. sic cognitus, scil. vt possibiliter animal. Alterũ nil nisi potestatem per quã est possibile: vnde antecedit productionẽ, ac proinde ipsum esse possibile non producit. Idem argum. de rerũ intelligibilitate.

Ipsa essentia diuina est quasi species in qua creature præexistunt, vt intelligibiles tantquam in causa atque adeo vt verè possibles

Quod verò ait rerum possibilitatem fundari in illo esse cognito producto, ridiculum est: nam possibile vel significat modum intelligendi, quo dicimus hominem possibiliter esse animal, quod tamẽ possibile nõ producitur, neque est aliud quàm homo sic cognitus; vel est possibile, quod potest esse per potentiam realem. Et hoc etiam pacto possibile antecedit productionem; quod enim possibile non est, non producitur: neque possibile hoc, est aliquid distinctum à potentia, per quam est possibile. Ergo non potest intelligi, quod ipsum esse possibile producat, siquidem esse possibile antecedit productionem; ergo neque pendet ab antecedenti productione, vt esse possibile fundetur in esse cognito producto. Et idem est argumentum de productione intelligibili conficta ab Scotò, quæ non sit realis productio: nam quicquid est possibile per intellectum secundum esse cognitum, præexistit in specie intelligibili, de qua oritur tota intellectio; nisiingas post processione personarum aduenire Deo nouam speciem impressã, qua intelligat creaturas. Quod si ipsa essentia est quasi species, per quã creaturæ intelliguntur tantquam per causam, iam ibi præexistunt secundum esse intelligibile, atque adeo possibile. Quod si creaturæ præexistunt in specie intelligibili, eo quoque modo iam præexistunt vt possibles; aliter enim præexistunt entia ficta vt chimæra, quæ nõ possunt participare diuinum esse; aliter verò entia quæ cum esse diuino habent similitudinem, & idcirco præexistunt in illo esse intelligibili vt entia vera possibles; ergo antequam a

**A** intellectus producantur possibles, præexistunt possibles in specie impressa, siue in memoria, vt Scotus ait; frustra ergo producuntur ad id quod sunt. Postremo Scotus dum modis omnibus nititur hoc negare, quod cognitio creaturarum antecedit generationem, nullam rationem excogitatum habet.

Resectis ergo figmentis istis, constat scitissima opinio S. Th. quod Verbum diuinum procedat de cognitione creaturarum: nam hæc cognitio antecedit, & processio Verbi est de cognitione antecedenti, vt docuimus; ergo est de cognitione creaturarum. Explicatur hoc; procedit enim Verbum ex ea Patris cognitione, qua ille essentiam suam comprehendit, vt omnes consentiunt: ipsa autem essentia diuina est ratio intelligibilis omnium creaturarum possibilium (de creaturis enim existentibus postea disseremus) ergo absque villo dubio ex cognitione earum procedit Verbum. Præterea essentia diuina nõ solum est ratio intelligendi omnia, sed ipsa est adequatum obiectum diuinæ cognitionis, vt Aristot. argutissimè demonstrat 12. Metaph. textu. 31. ita vt nihil Deus extra se intelligat; bene tamen ea quæ sunt extra se, in se ipso cognoscat, vt exponit S. Thom. ibi, & docet hoc ipsum 1. p. q. 14. ergo dum Pater intuetur essentiam suam, simul omnia possibles in ea contemplantur, vel nusquam aliàs ea cognoscit, quod est hæreticũ. Et confirmatur, quoniam si Pater quadam intellectione essentiam suam intuetur; alia verò intellectione consequente personas, cognoscit creaturas; in ista altera cognitione creaturæ cognoscuntur in se se ipsis, quasi secundum obiectum intellectus diuini, cuius oppositum Aristot. demonstrat. Imò accipit profectus diuina cognitio attingens res creatas post productas personas, quas ante productas personas nõ attingebat, quod nefas est dicere. Denique probatur, quoniam Pater comprehendit suam potentiam, quæ est eadem essentia, & comprehendit illam cognitione antecedente originem, de hac enim loquimur; sed non potest comprehendere potentiam nisi omnia possibles ad quæ potentia valet, nouerit; ergo omnia possibles nouit ea etiam cognitione, quæ originem præcedit ordine rationis. Hæc autem sententia confirmabitur parte 2. capitis.

Ad confirmationem ex S. August. respondemus eodem modo, cognitionem creaturarum non adijcere perfectionem cognitioni essentiae. Respondetur secundo S. Augustinum loqui de nostra felicitate; qui cum non necessario cognoscamus creaturas in essentia diuina, non ideo beatiores sumus, quia illas cognoscimus: sed Deus nisi cognosceret creaturas in essentia sua esset imperfectus, quia non cognosceret perfecte essentiam, vt exposuimus.

Ad secundum respondetur concedendo maiorem propositionem, quod essentia diuina est primum cognitum primae operationis intellectus; sed in ipso primo cognito cognoscuntur personae, & creaturae ante secundam operationem intellectus Dei Patris, quae est generatio.

Ad confirmationem respondetur quod secundum sententiam S. Thomae intellectio nostra prius terminatur ad Verbum, quam ad rem intellectam; non prius producendo Verbum, vt argumentum innuit; sed prius attingendo ipsa cognitione Verbum, quam re in Verbo; quia verbum est medium, vt antea declarauimus. Secundo respondetur, in nobis ipsam intellectioem esse productionem Verbi, sed in Patre intellectio antecedit generationem Verbi; neque enim Verbum genitum est necessarium ad intelligendum: & ideo non est necesse prius produci Verbum, quam res intelligantur in essentia.

Ad tertium respondetur cum S. Thoma. 1. p. q. 34. art. 3. quod principalis relatio Verbi est ad dicentem, eaque relatio realis est: relatio vero quam Verbum diuinum habet ad intelligibilia, est ratio essentiae, eaque est relatio rationis, & non realis, vt arguendo falso obijcitur. Respondetur etiam cum S. Thoma eod. art. ad 3. Verbum in nobis oriri a rebus cognitis per species impressas; & ideo referri quoque ad res cognitatas relatione reali: sed Verbum diuinum non oriri a rebus cognitis; scilicet a creaturis: sicut neque Verbum in angelis a rebus cognitis depromitur. Ad confirmationem respondetur, quod Verbum procedit vt

A simile rei cognitae, quatenus res cognita est in cognoscente per speciem impressam, quod est procedere vt simile cognoscenti: at vero ad rem cognitam in se ipsa non refertur Verbum relatione reali, sed rationis. Atqui Verbum diuinum non procedit vt simile creaturis etiam vt sunt in essentia; quia essentia non est species impressa, siue similitudo illarum, vt diximus; neque Verbum Dei est simile rebus creatis, sed procedit vt simile suo principio, quod est Pater, similitudine quae est relatio realis; ad Spiritum Sanctum autem Verbum diuinum refertur similitudine representantis, quae est relatio rationis, vt ex dictis liquet.

Ad quartum respondetur, quod relatio rationis, quae est in cognitione diuina ad obiectum, antecedit relationem Verbi nostro modo intelligendi: non quod habeat maiorem rationem entis relationis, quam relatio diuina: sed quia ea cognitio diuina, quae est ipsa essentia, non intelligitur a nobis absque relatione rationis ad obiectum.

Ad quintum iam diximus in notationibus, personas diuinas & ipsas res creatas in memoria Patris, siue in eius specie intelligibili comprehendere; diuerso tamen modo, scilicet personas diuinas per identitatem, creaturas vero vt in causa contineri. Et hoc satis est, vt inde depromatur cognitio personarum, & creaturarum ante processiones personarum; alias non intelligit Deus ipsas personas, & creaturas per essentiam suam, quod est falsum, vt admonuimus. Sed quia res diuinae sunt verbis tractandae studiosè, & perpolitè, cum quaeritur vt Verbum praexistat in memoria Patris? respondeatur non praexistere, sed existere in Patre; ea enim praexistunt in alijs, quae prius in alijs sunt, quam in se tanquam in virtute effectrice: Filius autem non prius est in Patre, aut in memoria Patris, siue in specie intelligibili, quam in se ipso. Nostro vero modo intelligendi nihil prohibet quod prius intelligamus Filium in memoria Patris tanquam in principio cognitionis; non tamen sequitur vt Filius sit prior se ipso, sed vt memoria Filij in Patre sit prior, quam generatio & genitum, ordine dumtaxat rationis. Ad confirmationem negatur S. Thomae dixisse vsque quod Verbum procedat de obiecto cognito; neque hoc potest intelligi, obiectum enim

Verbum procedit vt simile rei cognitae, quatenus haec est in cognoscente per speciem impressam, quod est procedere vt simile cognoscenti.

Verbum diuinum non procedit vt simile creatoris etiam vt sunt in essentia.

Ad 1. argum.

Ad 2. argum.

Ad 3. argum.

Ad 4. argum.

Ad 5. argum.

Ad 6. argum.

Ad 7. argum.

Ad 8. argum.

Ad 9. argum.

Ad 10. argum.

Ad 11. argum.

Ad 12. argum.

Ad 13. argum.

Ad 14. argum.

Ad 15. argum.

Ad 16. argum.

Ad 17. argum.

Ad 18. argum.

Ad 19. argum.

Ad 20. argum.

Ad 21. argum.

Ad 22. argum.

Ad 23. argum.

Ad 24. argum.

Ad 25. argum.

nisi quādo, & quatenus mouet intellectū ad cognitionē sui per speciem à se emittam.

Procedit tamen de cognitione.

enim cognitum non antecedit: sed quādo res quæ est cognita mittit speciem sui in intellectum, tunc verbum de specie productum, de ipsa re cognita procedit; non quia est res cognita, sed quia mouet intellectum ad cognitionem sui. Quare cū sola essentia diuina sit species intelligibilis, de illa duntaxat, vt de principio formali intelligibili procedit Verbum; non de Verbo, aut de creaturis cognitis. Neque idem est procedere de cognitione, & de re cognita, quando ipsa cognitio non oritur à re cognita, vt ex dictis liquet.

20. Ad 6. argum.

Ad sextum concedimus, quod Verbum vt existens, & vt genitum, cognoscitur à Patre ea cognitione, quam nos ante generationem Verbi contemplamur; neque tamen inde sequitur quod Verbum antecedit cognitionem Patris; sed quod cognitio Verbi antecedit Verbum, nostro modo intelligēdi: neque sequitur quod illa cognitio sit falsa; nam verum est Verbum esse genitum ita vt Pater intelligit, etsi nos in illa prioritate adhuc non intelligamus genitum, quod perspicuum fecimus cap. antecedenti.

21. Ad 7. arg.

Ad septimum concedimus, eam cognitionem esse intuitiuam, & rei existentis, & præsentis; in quo tamen intuitu Verbum cognitum sine visum non antecedit visionem, aut generationem: videtur enim vt est, est autem simul cum visione, & generatione: nostro tñ modo intelligēdi, ipse intuitus Verbi in Patre, antecedit generationem Verbi, vt declarauimus.

Verbum à Patre videtur vt est: est autem simul cum visione, & generatione. At nostro modo intelligēdi visio antecedit generationem.

Ad vltimum respondetur, non occurrere eandem rationem, vt dicamus Spiritum Sanctum procedere ex dilectione creaturarum, aut naturali, aut libera, vt postmodum explanabimus. Procedit autem Spiritus Sanctus etiā ex dilectione sui; nam quoad hoc similis est consequentia, quod Verbum ex cognitione Verbi, & Spiritus Sanctus ex dilectione Spiritus Sancti procedat.

22. Ad vltimum.

Etiā Spiritus Sanctus procedit ex dilectione sui.

CAPVT LI.

*Spiritus Sanctus non procedit ex dilectione creaturarum.*

1. Sententia Ferrariensis.

Quoad processionem Spiritus Sancti, Franciscus Ferrar. cōcedit Spiritum Sanctum per dilectionem creatu-

**A** rarum procedere; idē quia dilectio essentialis, per quam procedit, est eademmet libera, per quam creaturæ efficiuntur; & ita in sensu identico exponit Spiritum Sanctum ex dilectione etiā libera procedere; sicut & Verbum ex cognitione creaturarum: ita tamen vt neque cognitio creaturarum antecedit Verbum productum; neque dilectio illarum Spiritum Sanctum. Sed tamen quæ de Verbo dicit in probata iam sunt. Modus autem interpretandi abhorret à recta explicandi ratione; aliās dicendum erit Patrem creare per Paternitatem in sensu identico, hoc est, per essentiam quæ est Paternitas; & omnia erunt confusa in Deo, si ad identitatem referantur, cum omnia idem sint. Loquendū ergo est formalitè, & distinctè; An scilicet ex cognitione creaturarum procedat Verbum, ita vt cognitio creaturarum actualis, ac formalis antecedit Verbum? Et modo eodem, An Spiritus Sanctus ex dilectione creaturarum procedat, ita vt antecedit earum dilectio Spiritus Sancti processionem?

**B** Quidam sunt qui affirmant etiā ex dilectione libera creaturarum Spiritum Sanctum procedere; creduntque idem esse quod Pater & Filius diligant creaturas Spiritu Sācto, quod antea docuimus, & quod ex dilectione creaturarum Spiritus Sanctus procedat. Persuadent autē hoc sibi, quoniam dilectio diuina libera, est ipsa essentia, & idē co est necessaria: id enim rei quod est dilectio libera in Deo, est ens necessarium, scilicet Deitas ipsa & essentia; ergo ex dilectione libera potest procedere Spiritus Sanctus, tanquam ex necessaria operatione. Itaque concedunt, dilectionem liberam hoc modo explicato antecedere Spiritus Sancti processionem.

**C** Hæc quoque opinio non videtur verosimilis; liberum enim alitèr inuenitur in potentia, & alitèr in operatione. In potentia liberum est necessarium; maxime verò in Deo, quia libertas diuina est ipsa essentia, qua potest liberè velle quicquid placuerit velle: libera verò operatio potest esse, & nō esse absolutè loquendo, hoc est, potest Deus velle creare mundum & nolle, vt liquet. Verum est quod hæc volitio in Deo non est contingens; tum quoniam hæc volitio est causa rerum; est autē causa necessaria: tum quoniam

**D** Reijcitur. 1. impugnatur eius fundam. In potentia liberum est necessarium, maxime in Deo. Operatio libera potest esse, & non esse absolutè. Hanc tamē in Deo non esse contingentē. Probatur 1. Secundò.

Affirmat in sō sensu identico de dilectione etiā libera, scil. Spir. Sanctum ex ea procedere.

Refutatur.

Omnia erunt confusa in Deo si ad identitatem referantur, cū omnia idē sint. In sēsu formali, ac distinctio veritas indaganda.

2. sententia in sensu formali affirmat de dilectione libera. Explicat thesim de qua capite 45. p. 2. vt idem velit. Fundam.

3. Reijcitur.

niam hæc volitio id quod rei est, est ipsa essentia diuina: sed vt est volitio huius, vel illius rei, potest esse, & non esse, quod tomo 2. disputandū est: Cum ergo quaerimus, an Spiritus Sanctus procedat ex dilectione libera creaturarum? sensus est an ex voluntate creandi mundum, & prædestinandi Petrum, procedat Spiritus Sanctus, ita quod velle creare mundum antecedit processionem Spiritus Sancti? qua quidem explanatione proposita, nullus sanæ mentis hoc permittet. Et probatur pars negans, Processio Spiritus Sancti est naturalis, vt dicemus, scilicet à voluntate vt natura est; ergo antecedit operationem liberam, quæ fundatur in naturali. Deindè libera electio quarumcunque rerum potest esse & non esse; & est ex hac parte non necessaria, sed libera; à nõ necessario autem necessarium non emanat. Denique dilectio libera est cum deliberatione, & electione eorum quæ sunt ad finem; processio autem Spiritus Sancti non est ad finem; sed ipse Spiritus Sanctus est finis agendorum, cum sit ratio diligibilium; ergo non procedit ex electione eorum quæ sunt ad finem.

Neque verò idem dicimus cum asserimus, Patrem, & Filium diligere nos Spiritu Sancto; in his enim verbis non significatur quòd dilectio nostri antecedit Spiritum Sanctum; sed quòd Spiritus Sanctus sit principium dilectionis nostræ, vt antea declarauimus; aut quòd sit terminus dilectionis, qua nos Pater diligit, ita tamen vt sit terminus illius dilectionis, quatenus est Patris, & principium diligendi nos: est enim terminus quasi medius, qui est principium operationis consequentis; quæ prius iam explicata sunt. Quod verò Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturarum, indicat eam dilectionem antecedere processionem eius, & agere partes principij processionis; cum potius ea processio Spiritus Sancti sit origo liberæ dilectionis, qua à Deo diligimur. Negandum ergo omninò est, quòd Spiritus Sanctus procedat ex dilectione libera.

Alia est sententia Thomæ Caiet. quòd Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturarum non libera, sed naturali; ait enim creaturas existentes diligi liberè, creaturas autem posibles prout sunt in Deo, diligi dilectione naturali; vt, sicut

**A** creaturæ prout sunt in Deo intelliguntur scientia naturali; ita, prout sunt in eo, dilectione naturali diligantur. Hæc Caietani existimatio, si res penitus inspicatur, probabilis non est. Primò autem illud statuimus: Deum ita diligere res in se, sicut & in se intelligit; ita vt sicut eius essentia est tota ratio intelligibilis, & adæquatum obiectum diuini intellectus, ita eius bonitas sit tota ratio diligibilis, & iustum obiectum diuinæ voluntatis. Hæc tamen ita dicuntur, vt ea quæ sunt extra Deum, Deus in se intelligat; & ea quæ sunt extra ipsum in se diligit: videt enim scientiâ visionis in se ipso ea quæ extra ipsum existunt, & diligit dilectione libera in se, ea quæ extra se ipsum sunt; non tamen est in Deo dilectio naturalis creaturarum, sicut & naturalis scientia; intellectus enim intelligit res prout sunt in intellectu, & ideò non existentia possumus intelligere: voluntas verò fertur ad res prout in se ipsis sunt, hoc est prout existunt, & ipsa existentia est ratio finis, appetitur enim vel quia sunt, vel vt sint. Et ideò non entium dilectio non est, nisi in eo qui credit esse entia; appetimus enim ens apparatus quod ens non est, per ignoracionem quæ Deo non accidit; nulla est ergo dilectio naturalis in Deo, qua diligit res posibles, non existentes. Et confirmatur, quia vt S. Thom. docet diligitur est velle bonum, si verò Deus rebus creatis vult bonum, voluntas eius efficiens est, & efficit quod vult, scilicet voluntate libera non naturali. Et explicatur hoc, si enim Deus vult rebus bonum, an bonum diuinum, an creatum? si diuinum, sanè non creaturis hoc bonum vult, sed sibi; si verò bonum creatum, profectò voluntas est libera; Deus enim nõ vult bonum creatum voluntate naturali, sed libera, & efficienti.

**D** Quod verò dicitur Deus velle illis bonum in se ipso prout creaturæ sunt in Deo, distinguendum est; si enim significetur ratio diligendi, verum est omnia Deum in se ipso diligere, vt dicebamus. Si verò modus existendi ostendatur, creatura prout est in Deo non est creatura, sed Deus: creatura enim non existens, in se nihil est; in potentia autem efficiente est ipsa potentia. Quod ergo Deus diligit creaturas prout sunt in ipso Deo, est diligitur potentiam suam; de qua re nullus hominum quaestionem versauit: bene enim

Fundam. Reijcitur vt improbabilis. Impugnatur eius fundam. Deus res quæ sunt extra ipsum ita diligit in se, sicut in se intelligit, vt cap. 49. p. 1. n. 12. Non tamè est in Deo dilectio naturalis creaturarum, sicut est scientia naturalis illarum. Ostenditur.

Ipsa existentia est ratio finis: appetuntur enim res, quæ sunt, vel vt sint. Vnde non entium non est dilectio in Deo. Confirmatur impugn. ex S. Thom. Diligere res creatas est velle illis bonum creatum, ac proinde velle liberè. Declaratur.

2. impugnatio

Creatura non existens, in se nihil est, in potentia, autem efficiente est ipsa potentia.

2. impugnatio

2. impugnatio

Tertia confirmatio prima.

Quarta.

4. Reijcitur dicta explicatio thesis.

Vera explicatio vt loco cit. n. 3. 4. &c.

Processio Sp. Sancti est origo dilectionis liberæ diuinæ, non viceversa.

5. 3. sententia Caietan. affirmat de dilectione naturali rerum possibiliū, prout sunt in Deo.

enim nouimus ex dilectione diuinæ potentie Spiritum Sāctum procedere: sed ex dilectione creaturarum merito negamus: siue ex libera, quia ea consequitur processionem; siue ex naturali, quæ nulla est.

7.  
4. sententia  
Scoti.

Primò conuenit cum  
Caiet.

Refutatur n. 5.

2. Co nuenit  
cū principio  
ipsius Scoti re  
furato cap. 49.  
p. 1. n. 6.

Impugnatur  
denud.

3. addit à Deo  
diligere creatu  
ras necessitate  
ineuitabili.

Probatur hāc  
repugnare Deo

8.

1. corollarium.  
Verbum non  
procedit ex sci  
entia uisionis.  
Ostenditur.

9.

2. corollar.  
In Deo aliqua  
prædicata cō  
munia sūt po  
steriora pro  
prijs persona  
rum.

Ostenditur.

S. Thom.

Capreol.

Ferrariens.

Intellige de  
prædicatis cō  
munibus, quæ  
non sunt attri  
buita: imò ac  
cidunt Deitati.

10.

Obiectio pro  
3. sententiā,  
fundata in o  
pinione ponē  
te in Deo sci  
entiam mediā

Ioannes Scotus quodlibet. q. 16. affirmat Deum diligere res creatas productas secundum esse cognitum, voluntate complacentiæ, & necessitate ineuitabili. Et id quidem in quo cum Thoma Caietano consentit, scilicet creaturas posibles diligere à Deo dilectione naturali, confutatum iam est. Deterius uero errat dum ait, res productas secundum esse cognitum diligere à Deo; nam consequens est entia rationis diligere, & esse participia diuinæ bonitatis: & illa etiam necessitas ineuitabilis diuinæ naturæ repugnat, ut tomo. 2. disputabimus; euitamus enim maxime malum, & quod ab alio inducitur nobis inuitis. Quare Deus nihil euitat, cum sit omnium causa.

Ex his autem ducimus corollarium, quod Verbum diuinum non procedat ex scientia uisionis; ea enim scientia consequitur liberam uoluntatem diuinam, quæ est post processionem Spiritus Sancti intelligenda: ergo scientia uisionis posterior est diuinis processionibus, & ex ea non procedit Verbum.

Secundum corollarium est, non omnia communia prædicata Deitatis esse priora proprijs, scilicet, personis: nam diligere creaturas, & creare illas, est quid commune; & tamen est posterius processionibus personarum: & ita docet S. Thom. de potentia, quæst. 2. art. 3. ad 2. Ioannes Capreol. in 1. d. 6. q. 1. ad argumenta contra sextam conclusionem, & Franciscus Ferrariensis lib. 4. cap. 11. quod intelligitur de prædicatis communibus, quæ non sunt attributa, neque perfectiones simpliciter: imò accidunt Deitati; ut prædestinare, diligere, creare; nam cætera essentialia omnino priora sunt, ut libro 4. dicemus. Sed & hæc quæ accidentaria sunt, dicuntur aliquando essentialia, quia conueniunt essentia.

Habemus tamen præ oculis nouam quæstionem, ortam scilicet ab opinione noua in hanc ætatem inuenta; ponunt enim in Deo scientiam non quidem liberam, sed quæ uoluntatem liberam ita penetret, ut antequam eligatur, quid eli-

gendum sit determinatè sciatur à Deo; & appellant scientiam mediam inter naturalem, & liberam, ut sit scientia naturalis de uoluntate libera. Auctores huius opinionis eunt in partes duas: Alij dicunt Deum per eam scientiam comprehendere uoluntatem liberam creatam, non uero uoluntatem suam liberam. Et hi quidem consultò cauēt sibi ab imminentibus difficultatibus: sed absque ulla ratione ad libitum loquuntur: fieri enim non potest, ut Deus melius intelligat, aut penetret (ut aiunt) uoluntatem meam liberam, quàm suam. Alij uero magis concorditè à petitis principijs deducunt per hanc scientiam Deum quoque liberam uoluntatem suam comprehendere: ita ut nostro modo intelligendi, Deus intuitus uoluntatem suam, & penetrans libertatem eius per hanc scientiam, antequam eligat hoc, uel illud, intelligat hoc potius quàm illud esse à se eligendum. Consequens ergo est, ut antequam Deus de rebus agendis deliberaret, & haberet propositum, aut electionem, nouerit determinatè res futuras: quod si nouit futuras naturali scientia, naturali quoque dilectione eas dilexit; uoluntas enim diuina est in actu circa omne bonum existens; sed futura proponuntur, ut existentia tempore futuro: ergo ut sic diliguntur naturali dilectione; sicut Deus modò diligit hominem futurum iustum, qui modò temporis iustus non est. Ex quo tandem colligitur quod iuxta istam opinionem procedat Spiritus Sanctus ex dilectione creaturarum naturali. Super sedemus tamen hæc quæstione ut inutili; id enim inuentum de scientia media falsum est, & incredibile, ut tomo. 2. multis perquam euidenter demonstrabimus. Est autem ea basis, qua noua quædam concordia de libero arbitrio cum gratia Dei, multis falsis implicata, creditur firmari.

Ad finem capituli dicendum est Spiritum Sanctum procedere ex dilectione Trinitatis, & sui ipsius: sicut Verbum ex cognitione sui. Eadem enim est ratio afferendi, & contraria refutandi.

Contra hæc probatur, quod Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturæ.

Contra hæc probatur, quod Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturæ.

Contra hæc probatur, quod Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturæ.

Contra hæc probatur, quod Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturæ.

inter natura-  
lem, & liberā,  
ita ut sit natu  
ralis de volun  
tate libera.

Huius opin.  
1. via dicit  
per eam scien  
tiam compre  
hendi solam  
uoluntatem li  
beram creatā.

2. via id con  
cedit etiam de  
diuina.

Declaratur.

Obiectio in  
hac via proce  
dit.

Responsio.  
Iuxta eam uia  
3. sententiā ue  
ra est.

Ostenditur.

Ea opinio inu  
tilis est & fal  
sa, ut alibi os  
tenderetur.

Alia quæst.  
An Sp. Sāctus  
procedat ex di  
lectione Trini  
tatis, & sui ip  
sius?  
Affirmatiuè sa  
tisfit, ut de Ver  
bo cap. 49. p. 2.

CAPVT LII.

Argumenta refelluntur.

RR

1. argum.

creaturarum aut naturali, aut libera. Primò: Pater & Filius diligunt nos Spiritu Sancto, ut S. Thomas ait; ergo ex ea dilectione qua nos diligunt, Spiritus Sanctus procedit.

2. argum.

Secundò: Deus diligit omnia prout in se sunt, dilectione naturali; ergo ex ea dilectione quæ naturalis est, Spiritus Sanctus procedit.

3. argum.

Tertiò: Dilectio creaturarum libera, essentialis est in Deo; ex dilectione autè essentiali procedit Spiritus Sanctus; ergo ex libera etiam procedit. Et confirmatur, quia dilectio libera communicatur Filio à Patre; ergo intelligitur ante personam genitam, & antecedit spirationem, quæ consequitur personam genitam; ergo spiratio ducitur à dilectione libera antecedenti. Et hoc identidem confirmatur, quia Spiritus Sanctus quicquid habet, habet à Patre; ergo dilectionem liberam qua nos diligit, habet à Patre; id autem quod habet à Patre antecedit in Patre ipsam processionem Spiritus Sancti; ergo dilectio libera antecedit; atque adeò ex ea Spiritus Sanctus procedit, sicut ex substantia Patris procedit.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

4. argum.

Quartò: Nihil consequitur personam constitutas, nisi relatio; cætera enim antecedunt. Et probatur, quoniam personæ sunt relationes consequentes naturam, & subsistentes; ad relationes autem solæ relationes consequuntur; sed dilectio libera non est relatio, sed essentia; ergo non consequitur, sed antecedit personam Spiritus Sancti; ergo per illam ipsa persona Spiritus Sancti procedit.

5. argum.

Quintò: In Patre est vna operatio voluntatis, non solùm re, sed etiam ratione, & intellectu vna; sicut enim est vnum obiectum adæquatum, ita & vna operatio: sed ex dilectione qua Pater se diligit, procedit Spiritus Sanctus; ergo ex eadem qua nos diligit etiam procedit; formalitèr, inquam, quatenùs per eandem nos diligit, cum dilectio ea sit re, & ratione formali vna, etiam nostro modo intelligendi.

6. argum.

Sextò: Eadem actio voluntatis potest esse naturalis, & libera; ergo ex eo quòd Spiritus Sanctus procedat per dilectionem naturalem, non consequitur, ut non simul procedat per liberam.

**A** Ultimò: Pater generat Verbum ex scientia visionis, quæ est libera; ergo producit Spiritum Sanctum ex dilectione libera; cum aqua sit, parque ratio. Probatur antecedens; si Deus non intueretur creaturas per scientiam liberam, scientia eius non esset perfecta, & comprehensiva; ergo ipsa scientia libera pertinet ad comprehensivam, & perfectam scientiam: sed Verbum procedit ex perfecta scientia; ergo ex scientia libera. Idemq; argumentum est de Spiritu Sancto; si enim Deus non diligeret liberè res creatas existentes, dilectio eius non esset perfecta; sed Spiritus Sanctus procedit ex perfecta dilectione; ergo etiam ex libera.

7. argum.

**B**

*Responsio.*

**I**n his argumentis nihil occurrit prænotandum. Ad primum circa processionem Spiritus Sancti iam supra redditum est responsum. Respondetur autem breviter, quòd cum dicimus Patrem diligere nos Spiritu Sancto, semper Spiritus Sanctus significatur ut principium dilectionis liberæ. Cum verò dicimus ex dilectione nostri Spiritum Sanctum procedere, dilectio libera significatur ut principium ex quo Spiritus Sanctus procedat, sicut procedit ex dilectione Patris; & hoc est falsum.

**C**

Ad secundum negamus Deum diligere omnia dilectione naturali prout in Deo sunt, nisi significetur Deum se ipsum diligere; quod ad rem non est. Ea verò quæ sunt in Deo eminentèr, non diligit dilectione naturali, ut cap. antecedenti docuimus.

**D**

Ad tertium respondetur, quòd dilectio libera est essentialis, quatenùs est ipsa essentia; non tamen est essentialis quatenùs libera; cum sit non necessaria, quia potest Deus non velle quæ vult; & ideò non antecedit processionem personarum, quæ necessariae sunt; liberum ergo ibi significat non essentiam, sed causam: dilectio verò libera est ipsa essentia, quæ ut dilectio est, essentialis est; at ut libera operatio, est efficiens causa. Ratio autè causæ consequitur diuinas processionem quæ sunt sine causa, & sunt rationes causandi per intellectum, & voluntatem. Ad confirmationem respondetur similiter, quòd dilectio libera quoad id quod est essentialis, comunicatur per generationem;

8. Ad 1. argum.

9. Ad 2. arg.

Deus ea quæ sunt in ipso eminentèr nõ diligit dilectione naturali.

10. Ad 3. arg.

Dilectio libera ut dilectio, essentialis est; ut libera operatio, non sic, sed est efficiens causa. Ad 1. confirm. Itèr est dilectio, comunicatur per generationem.

id



Vt libera, com-  
municatur per  
consequentiam.  
Sic spiratio a-  
ctiua commu-  
nicatur Filio,  
quamuis non  
antecedat ge-  
nerationem.  
Ad 2. confirm.

id verò quod est liberum & non neces-  
sarium, comunicatur per consequentiã;  
quia comunicatur essentia, quæ est di-  
lectio ipsa libera, cui nihil additur, nisi  
relatio rationis: confitendum est tamen  
dilectionem liberam comunicari, sicut  
spiratio actiua comunicatur Filio quã-  
uis non antecedit generationem. Ad al-  
teram confirmationem respondetur, quod  
Spiritus Sanctus habet à Patre, & Filio  
quicquid habet; eodem tamẽ modo, quo  
illi habent: quia ergo habet dilectionem  
naturalem quam illi, habet etiam libe-  
ram; quam tamen non habet ex naturali  
processione quasi terminum processio-  
nis; quia is est natura, & quicquid in na-  
tura diuina comprehenditur. At dilectio  
libera non est natura, sed consequens  
naturam. Habet ergo Spiritus Sanctus  
dilectionem liberam à Patre vt conse-  
quentem naturam; non tamen vt termi-  
num processions, qui est ipsa natura:  
imò neque Pater ante processiones di-  
uinas habet liberam dilectionem.

Dilectio libe-  
ra vt libera, nõ  
est natura, sed  
consequens ad  
naturam.

II.  
Ad 4. argum.  
Ad dilectionem  
essentialem di-  
lectio libera so-  
lum addit re-  
lationem ratio-  
nis ad creatu-  
ras,

Ad quartum respondetur, quod nihil  
essentiale consequitur personas; ratio au-  
tem causæ consequitur: ad illam ergo di-  
lectionem essentialẽ, quæ antecedit per-  
sonas, dilectio libera non addit aliã ope-  
rationem, sed relationem rationis eius-  
dem dilectionis ad creaturas; & ea dile-  
ctio libera nihil est aliud, quam voluntas  
efficax operandi extra se. Et ideò dile-  
ctio libera quatenus libera est, posterior  
est diuinis personis.

Ad 5. arg.  
In Deo eadem  
est dilectio ad  
vnum obiectum  
adæquatũ, scil.  
qua Deus se di-  
ligit, & nos in  
se.

Ad quintum respondetur, quod in Deo  
ponimus vnã operationem vtpotè ad  
vnum obiectum adæquatũ; sed tamen  
eandem operationem modis diuersis cõ-  
sideramus, prout comparatur cum re-  
bus, quæ sunt in obiecto adæquato. Et  
ita dilectionem naturalem qua se diligit,  
dicimus etiam liberam quatenus diligit  
nos in se, non vi aut impetu naturæ, sed  
libera voluntate. Et ita negamus Spiri-  
tum Sanctum procedere ex dilectione  
Dei, quatenus est libera, etsi eademmet  
libera sit naturalis: imò vt naturalis &  
vt libera, differunt definitione, etsi ea-  
dem sit operatio.

libe-  
ratio,  
s est,  
ope-  
a sic,  
ficiẽs

13.  
Ad 6. arg.  
Sp. Sanctus nõ  
ideò per dile-  
ctionem libe-  
ram non pro-  
cedit, quia pro-

Ad sextum respondetur, quod non  
dicimus ideò Spiritum Sanctum non pro-  
cedere per dilectionem liberam, quia pro-  
cedit per naturalem; cum enim vnã &  
eadem sit operatio, nihil hac ex parte  
obstat, quin ex ea operatione modo vt

A troque Spiritus Sanctus procedat. Sed  
ideò negamus procedere per liberam di-  
lectionem, quia est causa rerum efficiens,  
& non omninò necessaria: necessaria au-  
tem processio, & sine causa, antecedit id  
quod necessarium non est, & quod habet  
rationem causæ effectricis.

cedit per natu-  
ralem, cū vtra-  
que eadem sit,  
sed quia libe-  
ra, est causa, &  
non omninò  
necessaria.

14.  
Ad 7. arg.

Ad vltimum respondetur negando,  
quod Verbum procedat ex scientia vi-  
sionis. Ad probationem dicimus imper-  
fectam fore diuinam scientiam, si existi-  
tes res non intueretur; non tamen notio  
intuitiua pertinet ad comprehensionem  
diuinæ essentia. Nam si Deus statuisset  
nihil creare, comprehenderet se & nihil  
extra se existens intueretur. Dicendum  
ergo est quod sicut cognitio creaturarũ  
non addit perfectionem cognitioni es-  
sentia, ita neque visio creaturarum siue  
scientia visionis. Est tamen de vtraque  
diuersa ratio, quia cognitio creaturarũ  
coniungitur necessariò cum cognitione  
essentia: visio verò creaturarum nõ ne-  
cessariò coniungitur cum essentia cog-  
nitione: benè tamen creaturæ existen-  
tes coniunguntur necessariò cum visio-  
ne ipsarum, quia impossibile est esse  
existentes, & non videri à Deo; aliàs es-  
set imperfecta scientia Dei, si existentia  
Deus non videret, quia defectu aliquo  
intellectiua visionis non videret existi-  
tia. Simili modo dilectio libera non est  
coniuncta necessariò cū dilectione Dei  
naturali: creaturæ tamen existentes sunt  
necessariò connexæ cum dilectione li-  
bera; & esset dilectio Dei imperfecta si  
res existentes Deus non diligeret; cum  
eius dilectio sit causa omnium creatu-  
rarum. Cum his tamen omnibus illud  
constat, quod nec scientia visionis, nec  
dilectio libera sunt necessariò coniun-  
cta cum scientia, & dilectione Dei natu-  
rali: personæ autem diuinæ procedunt  
de necessaria, & naturali operatione, sci-  
licet de scientia naturali creaturarum  
possibile, & de dilectione naturali es-  
sentia, & personarum.

B

C

D

In Deo cogni-  
tio creaturarũ  
naturalis ne-  
cessariò coniun-  
gitur cum cõ-  
prehensione es-  
sentia: non sic  
earũ visio; nec  
dilectio libera  
cum dilectio-  
ne naturali.

Personæ diui-  
næ procedunt  
de scientia natu-  
rali creatura-  
rum possibili-  
um, & de dile-  
ctione natu-  
rali essentia, &  
personarum.

CAPVT LIII.  
Processio diuina distinguitur à relatio-  
ne ratione formali.

D isputates de actibus notionalibus;  
primum actum, qui est operatio es-  
sentialis addita origine hætenus contē-

1.

plati sumus; residuum est, ut de actu secundo disputemus, qui est ipsa origo, siue processio, cum operatione notionali coniuncta.

Et quidem quo modo se habeat origo cum operatione essentiali, superius declarauimus. Nunc ergo considerandum est quid sit ipsa origo, siue processio: Principium autem est à Philosophia petendum, asserente actionem & passionem semper in motu inueniri; vel saltè cum aliqua mutatione, eas etiam actiones, quæ sunt agentium perfectiones: coniunctum est autem cum omni mutatione prius & posterius esse: Præter hæc verò in actione nihil aliud superest, nisi relatio ad agens, & in passione relatio ad passum. Quòd si ab actione diuina remoueas mutationem, priusque & posterius, quæ imperfecta sunt; solam relationem cogitatione apprehendes. Et ita origines diuinæ, siue processiones nihil sunt, nisi quædam relationes, ut Sanctus Thomas docet: & rectè quidem Ioannes Capreolus distinctione 27. quæstione 2. sentit diuinas origines; siue processiones magis accedere ad relationes, quàm ad actiones; siquidem re ipsa relationes sunt, actiones non sunt: actio enim propriè mutatio est.

Consequitur autem illud, ut actiua generatio solùm grammaticalitèr dicatur actiua, eò quòd ea generatione Pater generat; natiuitas verò Filij dicatur passiva, eò quòd Filius generatur: generare autem est verbum actiuum apud grammaticos, & generari passiuum. Quòd etiam Sanctus Thomas obseruat. Dicitur autem generare is qui naturam communicat, vel dat; generari verò is qui accipit. Quæ verba sunt etiam diuinæ processioni communia, in qua vna persona dat, altera accipit. Et hoc quoque notatum est à Patribus similem esse nostram generationè diuinæ in eò quòd à parentibus accipimus naturam; dare autem & accipere per origines diuinis personis conuenit, ut Christus Dominus nos docuit. Denique ut accuratam loquutionem rectè pendamus; in persona dante, originem ponimus; in accipiente, processionem: origo enim ad principium pertinet, processio verò ad rem illam, quæ est à principio. Sed hæc quoque nomina incuria loquendi commif-

cuit, & origines actiuas, & passiuas dicunt, sicut etiam processiones: cunctandum autem non est, ut vsu loquamur aliorum.

Illud autem præcipuè attendendum est, quòd actio quæ est mutatio eademmet est passio, egreditur enim ab agente secundum essentiam distincta: at verò in diuinis rebus quia essentia, esseque omninò est idem, solæ autem personæ distinctæ; à persona producente non egreditur aliqua operatio separata à persona, sed origo actiua est in ipsa persona: & in persona producta est ipsa processio per quam procedit. Consequens autem est ut origo in dante, & processio in accipiente. sint operationes duæ reali distinctione discretæ: si enim generatio actiua, qua Pater generat, esset in Filio, esset operatio distincta ab operatè quasi egressa ab eo, & secundum esse distincta; aliàs etiam non esset operatio immanens; cum enim sit operatio personalis non essentialis, si operatio generantis esset in genito, non esset operatio manens, sed transiens. Quòd clariùs confirmatur ex eo quòd docuimus, originè siue processionem esse ipsam relationè,

scilicèt generationem actiuam esse ipsam paternitatem, & natiuitatem passiuam esse ipsam filiationem; consequens enim est ut sicut ex præscripto fidei Catholicæ Paternitas, & Filiatio sunt res duæ, ita generatio actiua & passiuæ sint res duæ. Et adhuc firmatur hæc veritas altero fidei documento, credimus enim generationem actiuam esse Patris proprietatem; proprietatem autem personæ à persona non potest esse distincta, sed in ipsa persona est; & similiter generatio passiuæ est proprietatem Filij. Et eodem omninò modo de spiratione actiua, & passiuæ philosophandum est, præterquàm quòd actiua spiratio est vna in duabus personis, actiua generatio in solo Patre. Et hoc confirmatur auctoritate Academiæ Parisiensis qua condemnatum est inter errores Ioannis Guidonis illud etiã hæreticum dogma quòd generatio actiua sit in Filio; nò enim est in Filio; siquidem est proprietatem Patris, ut Sancti Doctores testantur. Et ibidem singulatim damnantur dicentes idem esse generare, & generari, aut Patrem non generare alia generatione, quàm ea, qua Filius est formalitèr genitus.

Confirmatur 1. ex 1. aduert. num. 1. & 2. Confirm. 2. Generatio actiua est Patris proprietatem. Natiuitas Filij.

Confirm. 3. auctoritate Parisiensis damnantium oppositum.

uas, & passiuas dicimus; sicut etiam processiones.

4. aduert.

In creatis actio & passio sunt eadè res.

In Deo origo in persona dante, & processio in accipiente sunt res distinctæ realitèr. Ostenditur. Generatio cū sit operatio personalis, si esset in genito, non esset immanens.

Confirmatur 1. ex 1. aduert. num. 1. & 2.

Confirm. 2. Generatio actiua est Patris proprietatem. Natiuitas Filij.

Confirm. 3. auctoritate Parisiensis damnantium oppositum.

Origo

2.

1. aduert.

In actione, & passione est motus, vel mutatio. Itè prius & posterius. Item relatio.

Origines diuinæ, siue processiones, nihil sunt nisi relationes.

S. Thom. Capreol.

Actio propriè est mutatio.

3.

Generatio, & natiuitas solùm grammaticalitèr dicuntur actio, & passio.

S. Thom.

Origo est in persona dante, processio in accipiente.

Vsu loquendi origines acti-

Origo

5. Origo est nomen commune analogum ad generationem & spirationem. Sic processio ad natiuitatem & spirationem passiuam.

Origo igitur nomen est commune analogum duas origines diuinas complexum, scilicet generationem actiuam, & spirationem actiuam. Processio quoque duas complectitur processiones, natiuitatem scilicet, & passiuam spirationem, quae spiratio passiuam ut plurimum dicitur processio usurpato nomine communi, quia proprium nomen non habet in sacris literis. Et hi omnino dicuntur actus notionales, quibus innotescunt personae. Praeter hos autem, operationes intelligendi & amandi, ut cum istis coniungantur significatae, notionales etiam actus dicuntur, de quibus iam disputatum est.

6. Origo & relatio sunt realiter, imò & formaliter idem.

Posthac illud etiam certum est, originem & relationem diuinam, verbi gratia generationem actiuam, & paternitatem, non solum esse rem eandem, sed esse quoque formaliter idem; cum saepius disputatum sit de re ista, atque sancitum, in persona diuina nullam distinctionem rerum inueniri, sed solum ratione esse distincta quaecunque sunt in persona vna. Quamobrem non consentit cum sana doctrina opinio Aureoli apud Ioannem Capreol. d. 27. q. 2. quod origo & relatio sint res distinctae; hoc enim derogat diuinae simplicitati, & vnitati.

Dissentit Aureol. apud Capreol.

7. Punctum controversum, vtrum distinguantur virtualiter, seu rationibus formalibus.

Est autem controversia inter Doctores, Vtrumne processiones diuinae a relationibus distinguantur saltim rationibus formalibus, aut virtuali distinctione, quod idem est, ut vnum attributum ab alio distinguitur? Quidam opinantur hanc distinguere solo nomine, non vero ratione formali; quam sententiam falso attribuunt Ioanni Scoto, & Durando, cum non sit nisi Nominalium, ut in confirmatione ostendemus.

1. sententia Nominalium negat.

8. 2. sententia communis & vera affirmat.

Contraria est communis opinio, quod origo diuina distinguatur a relatione ratione formali, siue imperfecta definitione. Aduertendum igitur est, quod quicquid in Deo est absolutum, est essentialiter, ut lib. 4. docebimus; origo autem siue processio pertinet ad personas, & ideo non est quid absolutum, sed prorsus relatiuum: Est ergo origo, siue processio ipsa diuina relatio, ut dicebamus. Sed tamen sicut in essentia continentur omnia attributa, quae sunt ipsa essentia, sub diuersis conceptibus attributorum; ita in diuina relatione continetur origo, & forma hypostatica, quae sunt ipsa relatio

Declaratur ex emplo. ex lib. 1. cap. 30. p. 1. n. 9.

A sub conceptibus diuersis. Et eodem pacto quo supra diximus essentiam diuinam cognitam sub conceptu praeciso essentiae, distingui ratione formali ab attributis; ita quoque dicendum est relationem diuinam sub conceptu praeciso relationis, ab origine, processioneque distingui. Et hoc est quod modo probamus, ac statuimus.

Sed confirmatur haec ipsa sententia firmissimis argumentis: Generatio enim in Deo est operatio viventis, utpotè derivata a principio vitali, ut antea docuimus; relatio autem non est operatio viventis: imò generatio diuina est operatio vitalis, siquidem est a principio viuente, & in ipso manens: nam in rebus creatis generatio non est operatio vitalis, quia non est in generante, sed in re genita; in Deo autem generatio qua Pater generat in eo manet, & est vitalis operatio. Equis ergo neget, operationem vitalem distinguere definitione a relatione?

Ioannes Scot. in 1. d. 2. q. 7. opinatur, generationem diuinam non esse operationem vitalem, sed esse vitalem productionem; quae est ipsa relatio. Sed hoc assertum aperte conuincitur falsitatis, relationes enim non dicuntur vitales; nam vita in operatione sita est, ut docet S. Thom. 1. p. q. 18. art. 2. sunt ergo operationes quae non sunt vitales; sed nihil est vitale, nisi operatio, aut operationis principium; ergo vitalis productio absque dubio vitalis operatio est, maxime cum sit actus de principio vitali, & vitali potentia ductus. Confirmatur, quia nihil est operatio, nisi actus potentiae; sed generatio in Deo, ut antea est definitum, est actus generatricis potentiae; ergo est operatio, eaque vitalis, distincta a relatione sua ratione formali, ut liquet. Idem luculentissime demonstratur, quia Filius est terminus productus, siue res genita per potentiam Patris, quasi actiuam; sed non potest intelligi terminus productus per potentiam actiuam, quin sit operatio media inter potentiam & rem productam; ergo necesse est confiteri generationem esse operationem mediam: ubi enim est potentia vlla actiuam, cuius non sit aliqua operatio, per quam terminus producat? Neque enim terminus immediatè profluit a potentia actiuam, sed media actione; aliàs potentia non est potentia, cuius nullus est actus. Cui ergo diuina

D C

Item cap. 33. p. 1. n. 5. & 15. & p. 2. n. 2. & 3.

9. r. fud. ex natura originis. In Deo generatio est operatio viventis, imò & vitalis: Relatio minima.

Ratio. In creatis generatio non est operatio vitalis.

10. Opponitur Scoti assert. in Deo generationem esse vitalem productionem, & relationem, non operationem. Refutatur. Vita in operatione sita est. S. Thom. Vitalis productio est vitalis operatio.

Refutatio confirmatur. 1. Generatio est actus potentiae, atque adeo operatio.

Confirm. 2. clarè. Filius est terminus productus per potentiam Patris quasi actiuam, atque adeo medio actu, seu operatione.